Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Medica manuscripta - Cod. Rastatt 68

Monte, Giovanni Battista

[S.l.], 1547

Pectoris morbi. Pleuresis, περιπνευμονια

urn:nbn:de:bsz:31-300652

Visual Library

PECTORIS MORBI. PLEURESIS, περιπνευμονία
Tabes Diſpnea, Cordis tremor & Tuſsis.

Ad ſtricturam pectoris & tuſsim.

℞ Mellis, Aceti, aquæ fluuialis ana ſcyphum j. Buli omnia in vaſe mundo ad medietatem poſtea utere mane & ſero, optimum.

Ad ſtricturam pectoris, tuſsim, Aſthma & diffi: anhelitum.

℞ Hyſsopum, Glycyrrhizam, Capillum Veneris, Rutham, Orobū Ficus ſiccas Ordeum, Maioranam, Saluiam, Scolopendriam, Vinum album, omnia buli in aqua fluuiali in olla noua, poſt ſume mel decoctum & deſpumatum, & adpone aquam decoctam ex prædictis herbis, & miſce una, fiet optimum electuarium, utere eo 9 aut 10 diebus uidebis mirum.

Contra Tuſsim.

Vtere granis iuniperi frangendo, maſticando in ore nunquam habebis tuſsim

Pleureſis cura. Secundū Agricolā. ſed falſe.

Duabus tamen conditionibus obſeruatis 1 Vt ſit in principio 2 Vt copioſa ſit phlebotomia

Andrea Veſalio teſte.

In lib. de cura per ſanguinis miſsionem.

In Cap. de Pleureſi

Quando morbus adhuc eſt fiens uel παθος tunc reuellimus ad latus oppoſitum, ut ſi dolor ſit in dextro latere diuertimus ad ſiniſtrum latus & è contra. Si uero morbus iam eſt factus & affluxit, tunc non reuellimus ſed deriuamus in illo ipſo latere phlebotomando & ita curatur. Hiſpani capitis ſupplicio prohibent ne quis in Pleureſi mittat ſanguinem in eodem latere affecto. Id autem manifeſtiſsimum eſt contra regulam Galeni qui ita inquit. Et rurſum in Pleureticis quæ è directo laborantis lateris ſanguinis miſsio efficaciſsimam ſæpenumero utilitatem oſtendit, ex oppoſita autem manu aut omnino obſcuram aut poſt temporis interuallum. Poteſt aliquis fieri pleureticus ex Phreneſi uel ex Synanche quando à ſuperiori parte euacuatur & reſidet ad inferius. Aetius ſcribit quod Pleuretici poſsit purgari per inteſtina & Veſicam & uias urinæ, aliqui purgantur per exſcreationem oris, quare exhibentur ea quæ ſputum leniunt. Prohibentur frigidæ potiones & aqua ne prohibeatur exſcreatio.

Diaphragma.

Eſt membrum neruoſum & quando ferro læditur tunc eſt ſignum mortale & quando inflammatur Diaphragma fit delirium, prohibent igitur medici uehementem conatum egerendi propter facilem inflammationem quæ facit delirium.

Cardiaca paſsio

Cardiacæ paſsionis medicamentis omnibus confortatiuis, mixturis ſiue epithematibus ex aquis appropriatis confectis, ſiue electuarijs ſemper additur crocus quia uehementer confortat cor.

Pueris Pleuriticis

Vbi uenæ ſectio non admittitur ligari debent extrema fortiter & iterum aperiantur, poſtmodum denuo ligentur ut dolor magnus excitetur. dolor .n. ita attrahit ꝑ reuulſio non curatur aliquando.

Cor Epar & Renes intus non ſentiunt. ſentit autem cor quodque in ſuperficie ubi nerui ſenſibiles feruntur qui in interioribus nulli ſunt. Hip. lib. de dignotione paſsionum quæ in Renibus ſunt

De Phthiſi Aetij li. 8 cap. 67

Tabidæ mulieri

Avicenna ſcribit ſe 22 annis tabidam mulierem in vita retinuiſſe cum ſaccaro Roſaceo.

Unguentum pectorale.

℞ Pinguedinis anatis, gallinæ ana ℥ iß Butyri recentis ℥ j Croci ʒ j olei violacei ℥ ij Ceræ albæ ℥ vj Fiat unguentum molle quod poſtea lavetur duabus vicibus cum aqua hordei tepida & facilitat ſputum & valet ad Pleureſim & dolores pectoris.

Aliud.

℞ Olei Amyg. dulcium, Siſamij violarum ana ʒ vj Butyri pinguedinis gallinæ ana ʒ iij Croci ℈ j Fiat unguentum & lavetur bis cum aqua violacea, ceræ albæ parum fiat unguentum molle.

Aliud.

℞ Olei de rutha, de pulegio ana ℥ iß ſeminis leviſtici carui ſiſeleos Rutha ſicca ana ℥ ß Serap. Opop. ana ʒ j Cumini ℥ j & ß. Fiat unguentum molle cum cera q. ſ. Velociter ſputum expellit dolorem ex ventoſitate prodeſt ad difficul. anhelitu

Aliud pectorale.

℞ Olei Amygda. dul. Siſamij Violarum ana ℥ vj Butyri pinguedinis gallinæ ana ℥ ß & lavetur cum aqua Viol.

Aqua pectoralis.

℞ Sebeſten, ficuum pinguium, dactilorum inciſarum ana numero 4 Cap. ven. Violarum paſſularum Glycyrrhizæ ana ℥ ß Sem. Aniſi, Foeniculi, Eupatorij Hyſſopi ana ℥ j Iuiubarum numero 20 Saccari vel mellis ℥ iiß Aquæ fluvialis ℔ 10 bulliant uſque ad conſumptionem 3 partis & in fine addantur ſaccari vel mellis ℥ iiß. Fiat aqua.

Alia pectoralis aqua.

℞ Ficuum ſiccarum pinguium, praſsij, ſeminis apij, foeniculi, paſſularum, cap. ven. Hyſſopi Glycyr. ana ʒ v Coquantur omnia in lib. 8 aquæ uſque ad conſumptionem medietatis, colentur & fiat potus.

Unguentum lenitivum ad ſedandum dolore.

℞ Succi plantaginis corrigiolæ, Burſæ paſtoris ana ℔ ß boli armeni ℔ j, gummi arabici leniter torrefacti, Tragacanthi ana ℥ j Amyli ℔ ß, Terræ ſigillatæ, Sanguis Draconis, Acatiæ, Spodij granorum myrti, Hypociſti ana ʒ x glutinis chartæ diſſolutæ cum agreſta ℥ ij incorporentur in mortario ultima coctione, frangit fluxum ſanguinis à pectore.

Electuarium pectorale.

℞ Glycyr. Cinnamomi, Cass. Ven. ana ʒ j ß piperis albi & nigri, Hyss. Ungulæ cabal. semin. Foeniculi ana ʒ ß passularum ℥ j Pinearum Pisticarum Amygd. purga. ana ʒ j ß Urticæ Ireos Croci Enulæ ana ℈ ij Syrupi Viola. ℥ iiij mellis cocti lib. ij ß. Coquantur mel & Syrupus lento igne usque ad spissitudinem convenientem deinde incorporentur in mortario cum passulis & medullis minutiss. tritis ita ut effugiant visum.

Potus communis pectoris.

℞ Glycyr. rasæ ʒ vj passularum ʒ ß Caricarum Dactylorum pinguium ana numero 4 Violarum M j bulliant in aqua lib. iij coletur & fiat potus.

℞ Loch de papavere ʒ j Dragacanthi, Penidiorum candi ana ʒ ß de pulmone vulpis ℥ ij Glycyr ʒ j Syr. de Glycyr. q.s. fiat conditum.

Emplastrum

℞ Dialthea ʒ j ß Axungiæ cervi, vel medullæ bovis ana ʒ ß Baccaru Lauri ʒ j ß Vini albi lib ij Bulliant ad spissit. emplastri

Purgatio Pectoralis.

℞ Florum cordialium p. ß agarici Trochis. ʒ ß fol. senæ ʒ ß bulliant in aqua q.s. pro haustu uno dissolvatur in ea elec. de succo Rosarum ʒ iij ß de Dactilis ʒ j Mellis ℥ j Mesce Cola

Emplastrum Cordiale

℞ Doronici, Ossis de corde cervi, Been albi & rubei ana ʒ j ß Sandal. ambo 4 Spodij Labruscæ Corallium amborum ana ʒ ij Rosaru ʒ iij Aquæ Buglossæ ℥ j Farinæ hordei ℥ j ß Croci ℈ ij & gr. vj Malvatici ciathu j & partes ij olei de croco ℥ ß Resinæ ʒ ij fit emplastrum & si cupis fieri cordialius in frigido tunc superadde Labruscæ ʒ ij Coralloru rub. Spodij ana ʒ j ß Margaritarum ʒ j Hyacynthi, Smaragdi Saphiri ana ℈ ß cum hoc medicamine mirabilia feci sedando pulsum & tremorem cordis provenientem à materia & causa calida.

Episthema Cordiale temperatum.

℞ Aquarum melissæ, Buglossæ Acetosæ ana ℥ iiij Aquarum Cicoreæ, Rosarum Florum Salicis ana ℥ iij Specierum Cordialium temperatarum ℥ iij species Electuarij de gemmis ℈ ß Croci gr. v aceti ℥ j Vini Malvatici ℥ iij M. ft Epithema

Aliud pro corde

℞ Aquarum buglossæ acetosæ ℥ iij Aquarum florum salicis Rosarum Absinthij Graminis Melissæ Labruscæ ana ℥ ij

Specierum cordialium temperatarum ʒ js Croci ǯ iiij My-
rrhæ Diptami Gentianæ Ligni Aloes Sandalorū citrinorum
seminis Basiliconis, Been albi & rubei Hiacynthi Sma-
ragdi ana ℈ s aceti ℥ j Malvatici ℥ v M. & f. Epithem.

Sacculus temperatus pro corde calido

℞ Sandalorū amborum, Rosarū Coralliorum amborū. Spodij
Camphoræ foliorum Myrthi Borraginis ana ʒ j Been albi &
rubei, corticum citri nucis Moschatæ ossis de corde cervi, grana
tinctorum fol. Lauri Caryophyllorum Zedoariæ, Ligni Aloes Ozimi
Rosmarini Cubibarū Melissæ ana ℈ j Moschi ǯ iiij croci ambræ
ǯ iij Contundantur & fiat Sacculus.

Sacculus frigidus pro corde.

℞ Rosarum buglossæ florum Boraginis ana ʒ ijs corti-
cum citri Spodij, Foliorum Myrti Coralliorum amborū Co-
riandri præparati ana ʒ js Camphoræ ℈ ij Sandalorū utro-
rumque ana ʒ js Fiat Sacculus

Alius

℞ Sandalorum amborum Coralliorum amborū ana ʒ j Me-
lissæ Buglossæ, corticum citri, Ossis de corde cervi, serico com-
busto ana ʒ j Specierum elect. de gemmis Croci ana ʒ s
Camphoræ ℈ j Fiat Sacculus.

Species Cordiales temperatæ.

℞ Sandalorum amborum, Corall. amborum Rosarū Spodij
fol. mirti, fol. borraginis, camphoræ ana ʒ j Trochiscorū
de Camphora ʒ js been albi & rubei, corticis citri, grana tinc-
torum, fol. Lauri Caryophyllorū, Zedoariæ, Ligni Aloes Ozi-
mi, Rorismarini, Cubebarum, Melissæ ana ℈ j Moschi Am-
bræ Croci ana ǯ iiij Fiat sacculus

Syrupus de pomis confortans cor sanat syn-
copim & cordis tremorem.

℞ Succi pomorum dulcium & acetos. ana lib. v Coquan-
tur usque ad consumptionem medietatis & dimittantur per
duos dies usque quo bene clarescat deinde colentur, colaturæ
addentur lib. iij Saccari Fiat Syrupus.

Pomum Galeni

℞ Florū Rosar. Rub. ℥ ij Sandalorum amborū ana ʒ js
Camphoræ ℈ j Ambræ ʒ s Moschi ǯ iiij Ligni Aloes ℈ ij Cor-
ticis citri ℥ s Cinnamomi, Macis, Nucis Moschatæ ℈ j Styra-
cis calamitæ ʒ s Labdani ℥ j Cum styrace liquida fiat po

Confortativum cordis & impinguativum pulvis

℞ Pinearum pistacæ ʒ iij Amygdalarum ʒ j Rosarū
rubearum, Sandalorum rub. Coralliorum amborū ana ℈ j

Ossis de corde cervi, Ligni Aloes, Caryophyllorum, Macis, Nucis Muscatae ana ℈j Zedoariae ℈s Cinnamomi ʒj Been utriusque ana ℈s Quatuor sem. frig. maiorum ana ℈j Doronici, Corticum citri, Glycyr. Rosarum ana ʒs Conservae Boraginis, buglossae ana ℥ij Sacchari dissoluti in aqua Ros. q.s.

Pleuresis

Hic lateris dolori si [illegible] protinus a principio sive postea obortus est non et si fuerit [illegible] tepidis fomentis dissolvere.

Generalis regula est. Omnia Apostemata interiorum membrorum curantur vena sectione quare etiam Pleuresis quando corpus est plethoricum, aut quando materia est in fluxu, revellimur ad oppositum latus quia avertit materiam affluentem, sed quia raro deprehenditur principium morbi et medici plerumque vocantur cum materia iam fluxa est ob eam causam medici plerumque in affecto latere venam secant.

Tussim ex flava bile causatam

Curat frigidae aquae potio.

Tussis puerorum parvulorum

Potest addi Manna

Tussi puerorum conducit decoctio Passularum sine granis Tamarindorum, Succi Glycyrrhizae, Sebesten, carnis dactylorum, [illegible] anisi [illegible] ʒj ad mensuram [illegible], decoquantur in aqua Cardui Benedicti exhibeantur parva dosi et saepe.

Vide Gal. li. 5 cap. 2 de locis affectis

Continua propter vicinitatem Cordis Pulsus durus quia causa morbi non procul est a corde unde inderatur arteria.

Requiruntur ad veram Pleuresim [illegible]

Febris acuta [illegible] vel intendat vel [illegible], Dolor lateris pungens, Pulsus serratilis, Tussis in[illegible] desinens, Difficultas spirandi, Spiratio frequens et exigua, Urina pleuriticorum est rubra sed superne livida et turbulenta.

In Pleuresi.

Et hoc numeratur inter certa Pleuritidis signa quod si latus tangatur non doleat quia est in interioribus et non in exterioribus, quod si in exterioribus esset tunc esset Mendosa pleuresis.

℞ Furfurum, Floris Chamomeli, Minutiarum [illegible] Foeni an. M j subtiliter conterantur et bulliant in butyro et aceto, cum liquore abluantur loca dolentia, et alia materia calida emplastri more applicetur post balneum.

Balneum.

℞ Malvae Chamomeli Carthami Meliloti Saponariae ana M iij, Fiat decoctio et balneet in ea.

Potus

℞ Rapas dulces incisas numero iij Cumini ʒiij Granorum Juniperi M. s fiat decoctio in aqua et bibat ad libitum addito pauco melle

Quomodo dignoscantur Pulmonis et Arteriae asperae ulcera.

In arteria aspera grandis ulceratio fieri non potest, quia mors Galeno teste 1 de locis affectis prius animal praeoccupa quam apostema magnũ fiat in arteria, fiunt tamen aliquando apostemata in arteria & sic dignoscuntur à pulmonis ulceribus, quia pulmonis ulcera vel nullus vel obtusus sequitur sensus & dolor in aspera vero arteria ulceribus doloris sensu laborans infestatur, Consule Aetium li. 8 Ca. 64

Pleuriticis summopere auxiliatur hyssopus
decoctus in aqua mulsa
& bibitus [illegible] med.
Similiter [illegible] laborans pleuritide
ut est apud Gal. li. 5 cap. ultimo de
locis aff. [illegible] dolor
[illegible]
[illegible] ex dolore Epatis [illegible]
pleuritide. quia [illegible]
[illegible]
[illegible]

Pleuresis.

In Pleuresi statim exhibenda sputũ lenitiva med. ut sputum per os eijciatur.

Tabis tres sunt species.

Syntexis i. consumptio carnium, Atrophia ubi membra non nutriuntur, Phthisis quae sequitur insanabilia ulcera pulmonis. Fiunt maxime aetatibus à 18 anno ad 35, Quia tunc in homine est abundantior sanguis & vehementior caliditas ~~&~~ vehementior motus unde facile fiunt rupturae venarũ & demũ sanguinis sputum à quo puris sputum etc. Nos igitur sumus magis dispositi ad tabem quam in summo vigore aetatis nostrae, quia illa aetas habet crebrum exercitium, ingurgitationem cibi & potus, unde vasa rumpuntur, Item eo tempore magna copia sanguinis abundat in humano corpore qui fit paulo acutior quam prius fuerat propterea non solũ tabes sed & angina & pulmonis inflammatio, quare in aetate ista debent fieri crebrae phleb. sed tamen non citra rationem & necessitatem.

Hip. 5 Aph. 9.

Tabidorum signa letalia.

Si sputum quod expuerint carbonibus vivis neq. à putrido ligno collectis qui minime olent qui in uno olla operculo colligi debent inijciatur & grave olet letale signũ, 2 si capilli defluant, 3 si alvi profluvium adveniat, 4 si sputa retineantur, 5 si pedes tument non ultra duos dies vivent, 6 Si ungues illis curvantur.

Pleuresis.

Hip. li. 2 de ratione victus in mor. ac. docet quomodo debeat curari: Primum adponenda calorifica [illegible] ut sacculi vel fomenta, ita discutitur dolor

& aliquando solum sufficit si non est vera Pleuresis, si autem hoc non iuuat & habet 5 notas verae Pleuresis tunc omnino necessaria phleb. & tantum sanguinis emittendum donec color sanguinis vertatur aut transmutetur, oportet tenuissime dictare alioqui suffocaretur aeger quia natura est alijs rebus concoquendis occupata, adhibenda potio aquae coctae decoctionis Hyssopi vel Cardui Benedicti. & quando ppter vehementem exiccationem fiunt alui duritiei med. debet exhibere enema ut humectetur aluus [illegible]

Dieta Pleureticorum.
In Pleuritide lac minime dandum quia maximum faceret dolorem propter inflationem. in omnibus morbis acutis inhibetur & cibi ne auocetur natura ab apostematis concoctione

Quae vena Pleuretico incidenda

Hip. 2 de ratione victus in morbis ac. in Pleuritide iecoraria est incidenda nec astringenda vena, donec color sanguinis in splendidum colorem, vel ex splendido in rubrum vel ex rubro in nigrum videas conuerti, color in dicet verti debet à remissiore in intensiorem. Idem sentiendum in sectione venae in phlegmone qualibet. Johannes Vasseus ita transtulit donec sanguis rubidior multo vel pro puro rubidoque liuidus fluxerit.

Tabes.

Tabidis omnibus conducit lac, quia nutrit abstergit mundificat & ulcera exiccat. Tabidorum autem febris plerumque ad noctem sunt vehementiores si sunt ex minera cholerica, quare mane dandum lac infuso saccharo aut melle, quia melius abstergunt & nutriunt. Si vero est de materia phlegmatica tunc mane febricitant & nocte dandum erit lac.

Tussi vehementi.

℞ Caricarum ℥ ij ~~Ficuum~~ Iuiub. Sebesten, Glycyr. Passularum ana ℥ j Mellis ℥ s. Coquatur in s. q. aquae Cardui Benedicti exhibeatur de mane & ad vesp. sed de mane in maiore mensura.

In Phthisi.

Quando aeger omnino deficit & diu nihil comedit Auicenna & medici iubent apponere & infundere per enema ius gallinaceum vel caponis ita Meseraicae attrahunt & nominant sic diu reficitur aeger.

propter stomachi imbecillitatem.

Et variis aliis optimis unguentis & oleis inunguntur.

Pleuresis. Gal. sup aph. 5 li. 6

Non est vera pleuresis nisi sit dolor magnus, tunc n. nominat Pleura affici nisi est absque periculo Cum ve-

ro

ad claviculam dolor pertingat venae sectioni si vero ad
Hypochondria purgationi. D. V. iubet dari ʒ i Rhabar:
bari ℥ s. Cassiae extractae vel Cribellatae in aqua alpros-
pro haustu.

Nota.

In interiorum membrorum inflammationibus à somno
quantum fieri potest arcere aegrotantes debemus ne scilicet
tum sanguis interiora petens inflammationibus fomitem
ministret.

περιπνευμονια

Est apostema calidum pulmonis aut membranulae
eius totam substantiam pulmonis cingentis aut ipsam di-
videntis quam mediastinum vocant. Causa coniuncta pul-
monariae inflam. sunt 4 humores, licet ex pituitoso hu-
more frequentius, deinde ex sanguine raro ex Chole-
ra rarissime ex Melanchol. & in hoc à Pleuritide differt quod Pleu-
ritis à subtilibus humoribus, peripneu. ex crassis fiat, qui
per venas & arterias in substantiam pulmonis deferuntur.
Peripneumoniae signa sunt 1 Febris continua acuta, 2 Pul-
sus undosus ac diversus propter mali vehementiam 3 maxil-
lae rubescunt 4 Tussis multa ac frequens sicca in prin-
cipio, 5 anhelitus maxima difficultas cum continuo me:
tu suffocandi, δύσπνοια i. spiritus & animae angustia
semper pariterque Orthopnoea non raro hanc comitantur. 6
Pectoris dolor gravativus & extensivus ab ante & re:
tro ut aegrotus neque supinus neque super aliquo latere dormire
possit nisi subrectus fiat. Spiritualia signa cum praedic-
tis sunt & 1 in causa sanguinea. Habitudo carnosa & to-
tius corporis sanguinea dispositio. Aetas iuvenilis in maxil-
larum intensissima rubedine. Tussis calida cum sputo subru-
beo spumoso, Tempus vernum. Urina crassa clara & ple-
rumque rubra, Victus vero multi sanguinis generativus ante-
cedens. Pectoris dolor gravativus cum multa punctura
et non adeo acuta ut in Pleuritide, Pulsus undosus arte:
riam mollem prae se ferens, Venarum crassarum repletio
per universum corpus apparet. In pituitosa causa, Cum
signis communibus comitatur habitudo phlegmatica, Aetas
senilis. Plurima cibi ac potus ingurgitatio praecedens,
capitis plenitudo Catharrhosa cum tussi antecedens An-
helitus difficultas. Sputum album spumosum & viscosum

Vrina crassa colore remissa veluti Charopos. Pulsus rarior & mollior quam in priori, gravitas in pectore maior cum minori punctione. Lingua alba mollis sine asperitate saltem à principio morbi, hi in Subeth nonnunquam decidunt propter crassas evaporationes. In causa Cholerica. Sputum subtile citrinum spumosum, oris amaritudo, pulsus spissior & aliqualiter durus arteriam indicat. Vrina citrina subtilis valde clara, dolor pungitivus acutior quam in primo. Febris continua acuta, his adijce corporis habitudinem aetatem temporis regionem & temperaturam. In atribilaria causa. Febris continua acuta, asperitas linguae cum nigredine, habitudo aetas temperamentum & tempus. In causa composita praedictorum signorum adulteratio diiudicat. Signa prognostica. Per. ut plurimum est mortalis, Omnis Peripneumonia Choler. est mortalis. Peripneu. facta mutatione anginae aut Pleuritidis fere semper letalis aut enim moriuntur in 7 diebus aut fiunt Empyematici postremo phthisici. Peripneumoniae modi examinationis sunt 1 Est resolutio sensibilis aut insensibilis, 2 induratio, 3 Permutatio 4 Evacuatio per urinam aut alvi profluvium 5 maturatio quibus additur 6 modus putrefactio, licet ab author. non ponatur. Fit autem putrefactio à calore praeter naturam materia alterata & similiter cum particula continente corrumpitur & fit Gangrena & tandem ad syderitum seu syderationem quod etiam ignis S. Anthonij Sphacelos & Astachiles dicitur terminatur.

Cura Peripneumoniae.

Est persimilis cura cum Pleuritide, locales tamen medicinae debent esse magis perfundantes quam in Pleurit. propter maiorem distantiam à cute exteriori quare semper aliquid acuitatem subtilium partium habens illic adiungimus veluti parum aceti in modica tamen quantitate ne sputum prohibeat, aut permutationem in pleuritidem. Adiuvat etiam forma medicaminis penetrationem nam virtus emplastri magis penetrat quam unguenti magis item embrocationis quam fomentationis rationes. Et quia materia plerumque crassior & copiosior est quam in Pleuritide igitur maiori conatu sputum facilitamus, propter materiae inobedientiam & etiam magis divertere materiam curamus quam in Pleuritide nam sicut in Pleurit. fluxus sanguinis narium est ultimum auxiliu, ita prouocatio Hemorrhoidum & genitalis profluuium in Peripneu. est optima, consimili ratione ex Saphena sectu san. missio maior est in Peripneu. quam in Pleurit. Febris pariter maiori extinctione tanto eget quanto est acutior, & quod cholerica Peripneumonia plerumque in 7 die vel ante ipsum necat igitur maiori quemadmodum in Herisipelate [illegible] opus est extinctione quam resolutione.

Differunt Dispnoea Orthopnoea Asthma.

Dispnoea est frequens anhelitus cum difficultate.

Orthopnoea qui solum recta ceruice spirare possunt.

Asthma est difficilis anhelitus cum sono. eius sunt 4 species 1 quando est difficultas in inspirando, 2 quando est difficultas in exspirando, 3 quando diffi. in utroque, 4 quando aeger spirare non potest nisi recta ceruice, quae omnes fiunt a materia in pulmonem delata, vel a pectoris apostemata.

~~Pectoris~~ Praecordiorum dolor.

Praecordia dolent triplici de causa, vel ob inflammationem & curatur venae sectione, vel ob humoris crassitiem quae facit obstructionem meatuum, & curatur bona diaeta & humorum evacuatione, aut ob crassorum spirituum redundantiam, curatur tum appositione siccatorii cataplasmatis, ex Rutha, sem. aneti. Chamomeli & origano.

Pulmonis ulcera.

Quidam negarunt curari posse. Gal. dicit se quosdam curasse debent ergo curari principium phlegmones expuentes post [illegible] curantur, quia necesse esset pus educi ex ulcere quod fieri non potest. Ad curam eius quies requiritur & pauca respiratio, non loquendum, ulcus conglutinandum cum Dragagantho in vino dissoluto & paulatim immisso. Difficilius curantur pulmonis ulcera quam ventriculi quia situ longius absunt. Haec ex Gal. Aetius vero li. 5 cap. 12 quomodo curet

Foris med. exiccans adhibendum, tussis omni modo prohibenda, & cubanti in dorso humida med. astringens exhibendum ut Lohoch de Pino, sanum & expertum.

Aetius li. 8 cap. 67

Callus & durities relinquitur post hec ulcera in pulmone in ea parte qua fuit ulcus, Gal. dicit eum temporis tractu expelli. Paulus vero & Aetius quod per omnem vitam relinquantur, & quod ex levi causa denuo rumpatur.

In internis inflammationibus

Sentit eger magnam caliditatem & est tamen nonnumquam partium extremarum frigus, pulsus est vehemens, & plerumque adest Causus febris. ibi secanda vena membro inflammato conveniens ut si epatis apost. fuerit secetur Epatica, interne cum bono haustu refrigerante refrig. corpus & caliditas extinguatur ut cum Iulep Ros. viol. in aquis Cicoree Endiv. Si dulcia non potest eger adhibeantur aqua Berber. aut vini de Ribes, exhalatur caliditas ad exter. partes cum sacculis ex absinthio factis & vino & oleo infusis, calide applicatis super pulsum, si venter fuerit constipatus detur enema refrigerans ex herbis frig. applicetur tepide non omnino frigi. abstineat eger a cibo presertim circa accessionem ubi nihil plane dandum neque med. neque cibus, Tegatur leviter eger ne frigiditas per antiperistasin augeat caloris vehementiam

Peripneumonia Iudicia.

Gal. li. 4 de locis aff. cap. 8

Rubor faciei vehemens, deinde maxime frequentissima & celerrima spiratione & si per diem durat fiunt Orthopnoici

Dispnoea Asthma & Orthopnoea

lib. 4 de loc. aff. cap. 8.

Quomodo differant vide onomasticon, Eius tamen cause sunt ex Gal. 1 aut virium imbecillitas 2 viarum spiritus angustia, 3 vehemens in corde & pulmone calor, Ex aliis medicis. 1 Fracta vena thoracis vel ex vehementi exercitio, vel alio quopiam accidente, tunc n. sanguis in arteria coagulatur si parum fuerit facit Dispnoeam si multum Asthma, si adhuc copiosius Orthopnoeam facit 2 Ventositas in pectore. 3 imbecill. musculorum pectoris 4 Abscessus & dolor ut in Pleurit. Peripneumon. 5 Spasmus musculorum pectoris. 6 Paralysis illorum musculorum. 7 Vitium vertebrarum spine. 8 Dolores

Colica Iliaca. 9 Incommoda matricis. 10 Quicquid de foris accidit, ut quando fumi in artifodinis metallorum attrahuntur, sic à locis foetidis, pestilentibus, officinis zinobrij in sublimationibus Arsenici argenti vivi & reliquorum venenorum, Possunt etiam fieri quando destillatio descendit ad arteriam, quando tumor in pectore aut pulmone. aut quando tenaces humores in pectore sunt fit difficill. Orthopnoea. Paulus li. 3 cap. 29 curationem commemorat, dandum oxymel scillitum vel acetum scyllit. in potu, ipsam scyllam in melle coctam, hieram picram, aristol. rotundam hyssopum bis Melanthium.

Aselli
Cilleri
Millepedes

Asellorum sub situlis aliquot vasi fictili iniice torrefac sup. carbonibus, ubi alborem induunt contrito & in melle despumato excipe, da ante vel post cibum unum aut alterum efficaciss. est rem. Di. Ast. & Orthop. plura vide apud Orib. li. syn. cap. 105 Aetium li. 13 cap. 122 & li. 8 cap. 57 Celsum li. 4 cap. 4 Com. Gal. in aph. 18 li. 4 Aphorismorum ef. Venam secandam in summa necessitate Celsus inquit, & clysteres adhibere iubet, ex ficubus, farina lolij & hordeacea melle & thure emplastrum est conficiendum, & pectori superponendum, et aliud, ℞ Iunicis Item j Fecis vini partes iiij Aphronitri Ceratium j contunde omnia & excipe cum melle. & exterius sunt partes pectus attinentes perfricato. & his qui iam in summa sunt desperatione, & qui ferè ex Orthopnoea suffocantur da spumam nitri cum hydromelite puro, & confestim opitulatur.

Empyei.

De Empyicis Paulus li. 3 cap. 32 Aetius li. 8 cap. 65 Celsus li. 3 cap. 27 Trall. li. 2 cap. 4. Signa vero puris in thorace collecti sunt, thoracis gravitas, tussis levis & sicca, reliqua quaere fol. 117

IOCINORIS ET LIENIS MORBI, ICTERICIA ET HIDROPIS OMNES SPECIES

Omnibus medicinis stomachalibus semper admiscent medici astringentia. Ex qui: cum grata semper ... vide Gal. 2 ...

Lien tumidum.

Gal. in lib. de cura per sanguinis missionem, Neque in liene tumido ex dextra nare erumpens sanguis ac in iecinore ex sinistra aliquam affert utilitatem, sed revulsio in directum adhibita evidentem celeriter ostendit que autem contra nequaquam

Hepatis & Lienis morbi.

In Hepatis aegritudinibus dextram basilicam aperimus in splenis aegritudinibus sinistram.

Iecinoris inflammatio

Gal. 13 Methodi inter initia inflammationum iecinoris statim revellendum & evacuandum esse sanguinem qui fluit ad Hepar per sectionem venae ostendit, quae est e directo.

Hidrops quomodo fieri possit

Si hydropici servavit ad tussim, ita quod etiam pulmo sit affectus sunt desperati.

Gal. li. 3 de locis affectis Cap. de hepate, dicit quod in magno exercitio aut balneo possit refrigerari hepar & omnino extingui, quemadmodum ferrum ignitum per potum frigidum. Di ta hydropicam fieri posse, quare prohibetur potus in balneo.

D. Pysterus desperatum hidropicum rusticum curavit per abstinentiam potus.

Prohibetur illis etiam cibus copiosus quia valde impeditur natura quae conatur digerere cibum sed nullo modo potest. Hepar etiam non attrahit sed omnes cibi per intestina descendunt. Plerumque autem moriuntur tumor totius corporis discedit & nihil reliquum est praeter carnem & ossa & redit facultas spirandi quare putant se iam curatos esse, statim tamen moriuntur. Licet in aliis passionibus spirandi facultas sit optimum signum in chronicis tamen malum signum est.

Desopilanda primum cistis fellis postea evacuanda ictericia.

Ictericia dupl. {Nigra a nigra bile
Flava a flava bile . ex opilatione cistis fellis

Stomachi frigiditas, Vomitus.

Quando ex stomachi frigiditate accidat ut aliquis cibum retinere nequeat sed statim vomere cogatur, curatur plerumque per aliquod laxativum ventris ita fluxus fluxum curat sic in Dysenteria exhibetur vomitorium ut fluxus cesset

Hydrops ὕδερος

Avicenna Fen 4 Cap. 4 In fine, Libro 1. & li. 3 Fen 14 dicit quod sternutatoria & sufflatio per nares facta prosunt in Hydrope. D. Panthal. in Hydrope iussit fieri cineres ex radicibus ligno & cacuminibus iuniperorum & poni in sacculo & affundi vinum, quod vinum epotum magnam copiam aquae per urinam ciet.

Unguentum pro hepate calido

℞ Olei Rosacei, de Nymphea, de Spica ana ʒs Rosarum Spodij ana ʒij Sandalorum ambor., sem. plantaginis sem.
portula

portulaca ana ʒj Spica Eupatorij ana ʒij Mastiches ℈ij Cera q.s. fiat Vnguentum, remouet malam complex. epatis cal.

Emplastrum sup Epar ponendum in fluxu

℞ Eupatorij Mj Schoenanthi Mij Spica quartam partem Mj Mastiches, Macis ana ℥s Ligni Aloes ʒiij Myrab. Embly. Cepulorum assatorum ana ℥j Boli Armeni ℥j Hematidis. Terre sigillate ana ʒij Coriandrorum preparatorum ℥js Spodij ʒij Rosarum ʒj Farine hordei ℥ij Specierum trisandali sine Camphora ℥s, Scoria ferri preparate ʒj Olei Masticini & Mirtill. ana q.s. ad incorporandum est mirabile in omni fluxu Hepatico.

Aqua Epatica contra dolorem Hepatis & oppilationem & Ictericiam.

℞ Sem. Endiuie, Scariole Lactuca, Hepatica, cap. ven. Sandalorum ambor. ana ʒjs Communium frig. ʒij Rosarum Floris ʒs Spodij ʒj Radicum Foeniculi Petroselini Apij ana ʒij Rad Endiuie ʒiij Aceti modicum, Sacari ℥js Aque fontis ℔iij bulliant ad consump. medietatis.

Throchisci optimi.

℞ Rosarum Berberorum ana ʒij Spodij Absinthij Cuscute Lactuca Glycyrhize Mastiches Schoenanthus ana ʒiij Sem. Endiuie, Marathri, Anisi, Spica, succi Eupatorij Arist. longe ana ʒij Cardamomi Caryophyll. Croci Opij Asari. Costi Cucumeris Cucurbite ana ʒj Tempa cum succo Endiuie

Vnguentum pro stomacho glutinosum.

℞ Olei Citoniorum, olei de spica, olei de mastiche ana ℥js Styracis Calamite, Schoenanthus Cyperi, Coralliorum ambo. Rosarum Mastiches ana ʒij Caryophyl. Labdani ana ʒj Cere & Resine ana q.s. curat maliciam hum. stomachi confortatiuum & uiriliter constrictiuum.

~~Vnguentum~~ Emplastrum Vsuale verissimum pro stomacho.

℞ Nigelle ℈ij Aloes corall. rubeorum ana ʒj Absinthij Mastiches ana ʒij Coriandrorum preparatorum ʒj Fiat puluis & incorporetur cum ℥iij farine siliginis & Lupinorum ʒv Croci ʒj Aceti ℥ij succi rubi ℥j succi Absinthij ℥iij Incorporentur & fiat Emplastrum

Vnguentum Vsuale pro stomacho

℞ Oleorum Masticini, Mirtini, Nardini Citoniorum ana ℔s olei de Absinthio ℥ij puluis Mastiches Caryophyl.

Nucis moschatæ, Labruscæ, menta Myrtillorum ana ℥ß Absin-
thij Rosarum, Corall. amborũ ana ʒj ceræ parũ fiat vn. molle

Emplastrum pro Vermibus.

℞ Myrrhæ Centauriæ, Aloes Diptami ana ʒiß Absinthij se-
portulacæ, & atriplicis pulueris lupinorũ Rasuræ eboris Rasuræ
cornu cerui usti ana ʒj Croci ʒß farinæ hordei ℥iß Fiat em-
plastrum cum succo porrorum non transplantatorum ℥iiij &
in fine ponantur Mastichi pulverizati ʒij

Ceratum stomachale frigidum & stipticum.

℞ Rosarum, Spodij, Mastiches Coriandri, Myrtillorum Hypo-
cystidos, Acatiæ, Vernic. Sanguinis Drac. ana ʒß Labdani ʒij
Gal. mus. ʒj Picis naualis, Resinæ ana ʒij Ceræ q. s. Fiat Cera-
tum deinde buliat in ℥iiij Vini citoniorum usq ad consum-
ptionem ipsius, confortat Stomachum debilitatum a vehementi
calore Feb. cholericarum & adustarum sitim sedat mordicatio-
nes stringit

Ceratum stomachale pro puero.

℞ Resinæ lib. ß Caryophyl. pulueris & Mastiches ana ℥ß Fiat
Ceratum super panno

Pro stomacho frigido.

℞ Galliæ muscatæ, & aliptæ muscatæ ana ʒiß Labdani ʒiij
Mastiches, Macis, Styracis calamitæ, Caryophyl. muscatæ nucis
Cinnamomi electi ana ℥ß Ligni Aloes ʒij Corall. amborũ
ana ʒj Granorum Paradisi, Abrotani, Calamenthi, Galang.
Zingiberis ana ʒiß Thuris Ciperi ana ʒj Croci ℈j
puluerizentur omnia cum s. q. Resinæ fiat 2 cerota
supra stomacho aliud pro ori stom. apponendo sub spina
Vide Mesuem de Emplastro Aloës.

Ceratum Calidum pro stomacho.

℞ Mastiches, Cinnamomi Caryophyl. Violarum Aloes Spicæ
Galliæ Moscatæ Calami Arom. Galangæ ana ʒß Sanda-
lorum amb. Coriandri præparati sem. acetosæ ana ʒj Lab-
dani ʒß picis naualis decoctæ ℥j Aromatizentur cum
pauco musco & fiat Ceratum in forma scuti

Embrocha stomachalis cum spongia magna.

℞ Menthæ Absinthij Origani Calamenthi, Foeniculi, seminis
aneti uel anisi. Cimini ana M. iß Mastiches Coral. amborũ gal-
liæ Moschatæ ana M. j Ros. M. ij, Contundatur crasso modo vini
nigri lb xij buliant usq ad consumptionem medietatis dein-
de fiat embrocha

Sacculus pro stomacho.

℞ Ligni Aloes, Absinthij, Calamenthi Bethonicæ, Mastiches
thuris Cypi Costi Cimini Foeniculi Rosarum Viticella ana
ʒj

Zinziberum, Macis, Cinnamomi, Caryophyl. Spicæ Nucis Moschatæ, Piperis albi & longi ana ʒ s. Calami Aromatici Cassiæ Ligneæ Corall. rub. ana ℈ ij ex his pulverizatis fiat sacculus in forma scuti.

Species pro Stomacho

℞ Menthæ ℥ ij Labruscæ Rosarum ana ℥ s Caryoph. Galangæ Mastiches ana ℥ j Corticum granatorum, Balaustiorum ana ℥ ij Terantur omnia subtiliss. & fiat sacculus.

Confectio confortans stom. & prohibens vapores elevarj

℞ Mastiches ʒ j Rosarum Spodij, Menthæ ana ʒ s Coriandrorum præparatorum ʒ ij Coral. ~~præparatorum~~ rubrorum ʒ js Conservæ Citoniorum lib. s Fiat confectio.

Electuarium de Ovis rectificans digestionem stomachi & est Dioscoridis.

℞ Albuminis ovorum ℔ ij mellis cocti despumati ℔ j Misceatur simul & diu agitetur ad spatula agitando usque quo inspissetur deinde addantur hæ species ℞ Zedoariæ ʒ s Cardamomi Caryophyl. Spicæ [illegible] Zingib. Piperis Galangæ Rosarum, Sandalorum rub. ana ʒ j F. Electuarium

Unguentum pro Splene.

℞ Olei de capparib. ℥ iij olei de sisamo ℥ js Scolopendriæ cortic. de capparib. Endiviæ Scariolæ Lactucæ ana ʒ s sem. agni casti ʒ j Ceræ q.s. & fiat unguentum molle & aspergatur modico aceto, valet ad malam complex. cal. & frig. removet duritiem splenis frangit ventositatem eius & dissolvit apostema in ipso splene.

Ceratum valens duritiei splenis.

℞ Armoniaci ʒ iij Bdelij albi mollis ʒ iij dissolvantur gummi cum aceto scyllitico. Tamarisci ʒ s Scolopen. sem. aneti agni casti ana ℈ ij sem. plantag. ʒ s Ceræ albæ ℥ ij Fiat Ceratum in Rotulis.

Aliud ad Idem.

℞ Tamarisci, Scolop. sem. agni casti sem. plantag. ana ℈ ij Armoniaci ℥ s Bdelij albi ʒ iij dissolvantur gummi in aceto scyllitico & post infrigidationem addantur species & fiat cerot.

℞ Scolopendriæ, Fumi terræ, Mercurialis, Bletæ Malvæ Camomillæ ana M j Rad. Acori petroselini, Asparagi Apij ana M s Corticum capparum ʒ j bulliant in aqua s.q. pro clystere, colaturæ addantur Cassiæ extractæ ℥ s Benedict. laxat. Ed. s. R. s ʒ js Olei Viol. Caparorum ana ℥ js M. F. Enema.

Unguentum Stomachale.

℞ Olei Cydoniorum Myrtillorum ana ℥ s Olei Absinthini Nardini Costini Ros. Mastichini de Menta Laudani ana ʒ s

Ceræ q.s.

Ictericia nota

Quando excrementa sunt albicantia & non habent debitum colorem russum certum signū est quod porus fellis occlusus est nam non exit cholera quae tingere posset excrementa quare ex ea obstructione aut Ictericia aut Hydrops generabitur.

Hydrops.

Aqua in hydropicis sitim non extinguit quia membra solida non humectat

Iis qui ex frig. cibo & potu cachexiam minantur Et qui multos crudos habent humores viscosos & phlegmaticos pro praesidiis utuntur med. Artemisiae rubeae Herbae Kunigundis quidam Eupatorium esse putant Cicoreae ana M j Centaureae minoris pugil. j fiat decoctio in aqua fontis ad consumptionem 3 partis.

Incidit humores crassos

Hydrops.

Hydropicis possumus exhibere bona purgatione ut materia a venis in ventrem trahatur unde solutio fit ut inquit Hip. in hydropicis si materia a venis in ventrem fluxerit fit solutio.

Ictericia.

Quando Urina regio morbo laborantis proijcitur in cinerem cinis ille involuitur linteo & suspenditur in fumitum habent pro experimento ictericum sanari & id dicunt fieri per ligaturam phisicam.

Phisica ligatura.

In Hydrope evacuans pectus &c.

℞ Uvarū pass. mundatarū ab acinis, Florū boraginis Violarū Polypodij Glycyrrhizae ana ℥j Turbith electi ℈ij Anisi ʒs fiat decoctio & in decoctione temperentur Myrob. Chebulorum ʒjs fricentur lento igne coletur. ℞ Colaturae ℥vij p.b. in quibus dissolve Diaprunis solutivi Diacarthami, Diaphoenici Diasenae ana ʒj b.p. Misce fiat potus capiat circa mediam noctē, caveat ne evomat.

Ructus acetosus. Der Sodt

ὀξυρεγμίαν Tr. 50 graeci Gal. alibi appellat

Ructum acetosum qui semper fit ex causa frigida curat pisa comesta crebro, & Bockhorne, praeterea Trionsiperon & nonnunquam vomitus si fieri possit.

Hydrops.

Humor autē in hydropem
pus continet intra peri:
toneū Gal. teste li. 5
de usu p̄tiū cap. 6.

In Hydrope una evacuatio non potest omnē humorem expellere, sed nō propterea altero statim die secunda erit administranda purgatio, sed interquiescendū & differenda erit ad 8 vel 14 diem.

Pilulæ stomachicæ D. V.

Mundificant omni tempore ℞ Turbith ℥ x Mastiches ʒ iij Rosarum ʒ iij Aloes optimi ad pondus omnium confice cū succo absynthij.

Epar inflammatū.

Gal. sup aphor. li. 5. Epatis parte carnosa inflammationem patiente gravis fit dolor.

Vomitus. Fluxus ventris Chatharrus

Quidam in vomitu, fluxu ventris & Catarrho accipiunt Thus verū & comedunt in porro asso quod mirabiliter restringit.

Hydrops.

In Hydrope magnopere prodest Soldanella herba, ex qua DV fecit decoctionē cui addidit, folia Senæ, & succū Ireos & fecit potionem sed illa potio nō nimis fortiter expellit.

Lien.

Splenis morbus est quibusdam incurabilis, alij curat potione aquæ calibeatæ, in qua calibs ignitus extinctus est.

Ad stomachum & os ventriculi imbecillū 9 Sim.

Viridis Iaspis appensus stomachū & os ventriculi iuvat quare & annulis inseritur insculptū gerens Draconē radiantem. Ego tamē efficaciā eius etiā sine hac sculptura probavi facta torque ex eiusmodi lapillis, ita ut collo suspensi os ventriculi contingerent.

Splenis duritiem resolventia.

Et Splenem diminuentia medicamēta reperies inferius de Morbis mulierum.

Hepaticis Hydropicis. idē genus

Hepar lupi Hepaticos tota substantia iuvare sufficienter se expertum dicit Gal. li. 5 de cō. med. & hodie hepatis eius siccati pulverem cum vino albo dant hydropicis, tanq̄ secretū aliquod remediū Sylvius. Sic caro [illegible] κοχλιαρ. multum tusa cū vini nigri cyathis tribus, calfacta pota, hydropicos tota substātia non una aut altera qualitate iuuat. Pistacia hepati obstructo conferunt. Uua passa tota substantia est familiaris Epati. Stercus bubulum aridum ustum tribus cochlearibus potum hydropicos iuuat.

Icteritia.

Lumbrici terrae quos γῆς ἔντερα i. terrae intestina uocat Gal. ex melicrato poti icterum purgatione mox liberant.

Colica

κορύδαλος uel κορυδὸς ὀπτὸς i. galerita assata uel elixa si assidue edatur cum iure colicos saepe plurimum iuuare expertus est Gal. Vires easdem ad colicos dolores & nephriticos tribuunt periti & probatiss. pulueri auiculae Callis frequentis, quas illi Mesongeas uocant Syluius. Stercus gallinae cum oenomelite uel aceto uel uino aqua diluto Colicum dolorem diuturnum sanat.

Splenica medicamina.

Astragalus bouis ustus ex oxymelite lienem absumit. Myrabolanus splenem iuuat. Asplenium Capparis Tamarix tota substantia familiares Lieni plantae ipsum iuuant & liquant & absumunt tumentem, quin usu multo asplenium ipsum consumit omnino.

Hepatis affectus.

Uua passa in affect. hepatis & uinum saluberrimum si egeat siue phlegmone Erisipelate, abscessu, calida intemperie ipsius uel aliarum partium principum uel totius. Syluius.

Hepatis Stomachi & Ventriculi phlegmone

Non solis laxantibus est curanda ob harum partium actiona corpori toti necessariam ad uiuendum sed miscentur etiam adstringentia harum partium robur seruantia ut absinthium Aloe Mastiche Nardus Cydonia.

Scirrhus Epatis

In hoc calefacientia & tenuantia praepollent magis quam in scyrrho aliarum partium, sed mollientibus admodum moderatis utendum quia iecoris corpus uelut ex humoribus concretum est ob id Herophilo Parenchyma dicitur.

Sic in Scirrho epatis semen cucumeris & baccas iunip[eri] miscentur, quae mitigant & aliorum vehementiam obtundunt & mel & exrigium, vel similia remedia adduntur ut excretionis viam praestent per urinas his quae ex scirrho in tersa & fusa [illegible] sumpta & admota fuerint. Scirrhus n. omnis qui fit a frigido crasso & lento humore in partes solidas transmisso, calidis incidentibus & tergentibus & digerentibus est curandus. Sylvius.

Ventriculi maximus dolor.

Multum Venerei homines nonnunquam derepente corripiuntur magno dolore ventriculi, ita ut ratione exolutionis fiat Syncopis.

Appetitus aliquando

Abolitur, aut aliquando debilitatur & fit difficilis appetentia de qua vide Gal. li. 3 cap. 2. de caus. sympt. aut aliquando depravatur ap[petit]us ut in Pica.

Ad humores in ventriculo crudos

2 part. 10 in fine. Hydromeli cui incoctum sit Absynthium, tenues succos in ore ventriculi contentos commode deorsum impellit.

Ad calefaciendum ventriculum.

Piper, Zingiber, baccas Iuniperi Mastiche & alia quaedam integra devoramus, cum ventriculum calefacere citra hepatis calidi noxam volumus. Si autem hepar & longinquas partes calefacere studium est vel aliter medicamenta terimus non modo ea lenissime trita sumimus sed etiam liquori mista tenuissime.

Hydrops cum febre.

Urgentiori maior vis remediorum opponatur non neglecto tamen altero.

Anorexia

Fit 1 quando vena propter exiccationem nihil attrahit 2 quando corpus non evacuatur 3 quando immoderata ventris & intestinorum fluxio adfuerit 4 propter humores varios in ventrem delapsos, 5 ob pharmaci potionem, 6 ob sanguinis immoderatam deflutionem. Reliqua quaere fol. 115

non habet circumvolutiones ut reliqua intestina

12

tenuia dicit Gal.
ex quibus Duodenum Ieiunum
Ileon tenuia sunt intestina.
Duodenum latitudine 12 digitorum.

INTESTINORUM DOLORES ET OMNES FLUXUS Ventris & Lumbrici. Colica Iliaca.

Sex sunt intestina 2 Ieiunum. 1 Duodenum 3 Ileon 4 Monoculum vel saccus. 5 Colon. 6 Rectum.

Ad colicam Ventosam

Colicam Ventosam dissipant aqua in qua decocta sunt carui, ciminorum, foeniculorum cum oleo rutaceo vel alio dissipativo flat. mixtis enematis.

Sunt autem in quibusdam Colicis ita indurata squibala sive sterola sicuti argilla indurata et habet similitudinem stercoris caprini quare magna difficultate possunt eyci. Studendum igitur enematibus mollificantibus, & si unum sufficere non posset, necesse esset ut administraret 4. 5. vel 6 enemata iuxta Aphor. Hippocratis omnia secundum rationem facienti si non succedat secundum rationem non est transeundum ad aliud stante eo quod a principio visum est.

Oportet Colicam ab opilatione intestini per decoctionem cum oleo lini quod lenit et apio

Sicut pater curavit colicum cui 15 enemata ordinavit & vix eum retinuit

Dysenteria

Fluxum Dysentericum non statim restringunt medici ab qui inducerentur flatuositatis & colica, sed fluxum non astringunt ante diem quartum ut materia peccans probe exitum habeat, postea adhibet Rheobarbarum ustulatum torrefactum super laminam ferream quod primum noxios humores expellit postea astringit.

Lumbrici. Ad omnia lumbricorum genera expl. Ca. 27

vide magnum Secundum [illegible] Cap.

Lumbricos necat decoctio Hyssopi, corda etiam expellit Diosc. li. 3

Astragalus bovis ust. cum lacte potus lumbricos rotundos educit.

Dysenteria

Dysenteria restringitur per refrigerantia, quia si calidis vellet restringi calidum maiorem fluxionem sanguinis ita etiam sanguis menstruus. In desperata dysenteria commendant Medici & Avicenna aquam Salsam vel Marinam quam iniiciunt per Enema. Trallianus testatur se usasse.

Unguentum de Corticibus castanearum restrictivum

℞ Olei de Masticha ℔ j Olei Mirtini Citoniorum ana ℔ s
Mastiches, Acatia, Sanguinis Draconis ana ℥ j s Corall. rubeor.
ʒ j Carabe, terre sigillate ana ℥ j Corticum Castanearum
Scoria ferri preparate ana ℥ i s, Boli Armeni, Balaustiorum
Thuris ana ℥ s Resina ℥ j Cera q. s. & fiat Unguentum quod
principaliter valet in immoderatis fluxib. mensium
applicatur partibus foemoralibus in disenteria igitur & venter

Unguentum pro Vermibus

℞ Absinthij Lupinorum, Sileris montani Cimini ana
℥ s, Nigelle Centaurea minoris Doronici, Cornu cervi
usti, myrrha ana ℥ s Aloe succocitrini ℥ j s Agarici ʒ j

succi arantiarum ℥ij Olei de Absinthio, olei amygdal. amar. ana ℥iiij Olei de medullis persicorum ℥iiij Cera ʒij Dissolvantur omnia & incorporentur cum succo arantiorum & addatur fel unius tauri in fine, coquatur succus cum felle Fiat unguentum quo ungatur tota regio stomachi frangit lapidem potenter

Aliud & melius ad idem.

℞ Olei Mirtini ℥js Vulpini ℥js olei de Mastiche ℥ij Mastiches, Sandaracae, Corall. ambor. ana ʒj Carabe, Terrae sigilla. Corticum interiorum castanearum ana ʒij Scoriae ferri in aceto infusae per unum diem ʒjs & in fine coquatur scoria ferri usque ad consumptionem aceti ʒiij Cera ℥vj fiat Unguentum.

Unguentum ad lumbricos.

℞ Succi menthae ℥ij Centaureae minoris, Centonici, Lupinorum ana ʒs Gentianae Absinthij ana ʒj Aloes succotrini ʒjs Olei Mastiches, olei de spica, olei de absinthio ana ℥j Olei Omphacini, Aceti expressi de pane asso ana ℥ij succi Arantiorum ℥s Cerae albae, muscatae ℥vj Coquatur cera cum oleis & cum infrigidari coepit, addantur species omnes per se subtilissime tritae deinde totum bulliant cum succis usque ad consumptionem eorum in fine incorporentur musci ℥ij & fiat unguentum molle, liniantur sub umbilico, & educit vermes longos rotundos ascarides & minutos.

Aliud. ℞ Succi persicariae, Absinthij Abrotani, Centaureae minoris, ciclaminis fol. persici fol. Lupinorum rad. ebuli corticum germinatorum ana ʒj porrorum non transplantatorum ℥ij Nasturtij aquatici ℔j Aceti fortissimi ℥iiij cerae q.s. fiat Unguentum

Aliud probat. Theriacae ℥s pulveris diptami Gentianae Aloes, sem. lumbricorum ana ℈j Aloes ℈ij fellis bovini ʒj Misce omnia & in pulvere Coriandrorum fiat unguentum adponatur stomacho in forma scuti.

Unguentum ad resistendum fluxui ventris

℞ Resinae electae ℥iij sumach infusi coriandri praeparati granatorum mirti ana ʒjs Mastiches ℈ij Hipoquistidos Sandal. rub. ana ℈js Oleum de Mirto & Citoniorum ana ʒjs Dissolvatur resina cum aceto & fiat unguent. bene tenax & applicetur supra ventrem totum a costis infra.

Unguentum solutivum

℞ Hierae gal. Agrippae ana ℥j Orthanitae Scam. Elect. ana ℈ij vel ℥ij Euphorbij ℈ij ~~vel ℥ij~~ Turbith, Colocynthidos ana ℈ij conquassentur simul in mortario & fiat unguentum quo ungatur sub umbilicum.

Epithema ad Vermes

℞ Nigellae vel millii ℈j olei ʒj Coriandrorum praeparat. ℈ ijs absinthij Mastiches ana ʒij Corall. rub. ʒj ft. pulvis subtilis subtilis cum succo Absinthij et aceto ft Epithema quo utere

Sacculus ad fluxum ventris

Supra quem infirmus sedere debet. ℞ Origani, Sumach, Mirtillorum Coriandri, Camomillae ana M. js Corticis Balaustiorum granatorum Hipocystidos sem. Ros. ana M. s. Radicum Tassi barbati, cardamomi corticis et rad. mori ana M. ij, contundenda contundantur et reliqua incidantur et bulliant in vino nigro deinde pone in saculo. et iube illum supra assidere.

Pulvis ad leniendum ventrem cum brodio ante cibum.

℞ Epithimi, Thimi, Polypodij ana ʒj Folliculorum Senae ʒij Tartari ʒiij Cinnamomi, Anisi ana ʒj pulveris anti ʒij. ft pulvis

Pulvis constrictivus fluxus ventris.

Incidit quidam cum febre in vehementiss. fluxum sanguinis [illegible] tam per intestina & vomitum quam per utraque membra magna copia ferebatur Causam dicebat P. C. ex Gal. 2 prog. & lib. de accidentibus Gal. & M. Seraius. quod sanguis ex epate intendens regurgitaret ad ventriculum illa offenderetur per vomitum intendens ad intestina & fieret deiectionem sanguineam id quod in hoc utrumque accidit, cum febre & magna virium imbecillitate, urina erat satis bona & colorata, & quia magna erat imbecillitas virium non ausus est secare venam venaesectionis gratia Cel. sed adhibuit fortes extremorum ligaturas & affixit

Cucurbitam in dextro hypochondrio. Dedit singul[is]
mane Syr. restringentem ex Rosis [illegible] & Syr. mir-
tinorum cum decocto Plantag. Sanguinariae & Consol[idae]
de magnae. Fecit inunctionem ex ipsdem [illegible]
Vide aliud Exempl. in Hol. 2. fol. 15. et [illegible], & cataplasma ex pulpa [illegible] [illegible] [illegible]
in [illegible] cui aspersit Balaustia Rhu Hypocistidis
Dedit in fine decoctum Coriandrorum & Rhois, p[ro]
cibo vero orizam coctam, melius [illegible] [illegible] [illegible]
& exhibita

Colica Calculus Renum

Idem est dolor in [illegible] [illegible] loco, eadem habet acci-
dentia [illegible] [illegible] [illegible] differentiam [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]
Colica Clysteribus [illegible] & [illegible] dolor, [illegible] [illegible]
[illegible] calculus [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] & [illegible] dolor
[illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]
etiam in Colica [illegible] [illegible] clysteri [illegible] [illegible] est [illegible]
in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] materia vel humor [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] causa [illegible] [illegible]
[illegible] materia vel inflam. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] dolor [illegible]. est igitur [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Mont. 16. 49.

Colica ex humo. frig. Gal. [illegible]

Oleum Rutaceum infusum, Castoreum. Mel [illegible]
[illegible] cum [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] calida [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible]. Theriaca, [illegible]
in gallinaceo [illegible]. ex [illegible] [illegible] clyster [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Castoris & Opii.

MORBUS GALLICUS, ELEPHAS.

Augustani medici in Gallico morbo curando utuntur Emplastro de Terebinthina et mercurio praecipitato in pulverem redacto quem pulverem inspergunt apostematibus et duris nodis pro corrosione. Providere igitur debet medicus doctus ne quando huiusmodi alius sit in membro valde sensibili ubi multae partes nervosae et arteriae venaeque plena concurrunt veluti in manibus ille pulvis inspergatur iuxta illud Avicennae dictum. Debet namque sibi cavere ne membris acuti sensus nervosis det medicinas malarum qualitatum et mordicativas et nocitivas. Alioquin tam ingens excitatur dolor ut nemo sufferre possit

Elephas in una tantum particula.

Quando elephas uni tantum particulae infixa est non universo corpori, sed uni tantummodo membro velut pedi potest abscondi vel aliquando omnino curari quando cauteria plantis apponuntur.

Morbo Gallico minorativum.

Bolus ex Cassia ante coenam sumptum Hiera picra aut Cassia cribellata

Quando quis in unguento verschwelt vnd will dar innen nit bestet

Radicis Glycyr. ℥v Polypodij ℥ij Ebulorum ℥js Lapatij acuti ℥s Herbarum florum Borrag. Buglossae Violarum ana Mjs Endiviae Lupulorum Fumi terrae Eupatorij Serpilli. Epaticae Cap. Ven. ana Mj Thimi ʒj Epithymi ʒjs Stoechad. Arab. ʒjs Fol. Sene mundatae ʒiij Sem. Anisi Carui Coriandri ana ʒij Myr. Cep. ʒj Agarici albi ʒiij passularum ʒjs Prunorum Sebesten num. trecenta terantur crasso modo et bulliant secundum artem in aqua ℔ ij ita quodlibet ij remaneant stent tota nocte in infusione colentur inde addantur Syr. de Endivia de Fumo terrae ana ℥iiijs de Epithimo ℥j Cinnamomi ʒij Sandal. alb. ʒj Misce

Elephas

Elephantiam non confirmatam curat exercio testiculorum, et aurum pulverisatum et reliqua.

Ex imaginatione aliquis fieri potest Elephanticus quando quis timet se ~~fore~~ esse Elephanticum prohibent igitur medici tales imaginationes.

Unguen. album commune in morbo Gallico

Resinae Cerussae Mastiches ana ℥vj Libani ℥ij Lithargyri aluminis usti argenti vivi ana ℥j Serpentariae ʒiij Olei lib j

Aliud.

Argenti vivi extincti ℥j Mastiches Libani Myrrhae ʒ Mer. Ung: Cerussae, viridis aeris, Vitrioli recti ana ʒij Lithargyr. ℥s aluminis usti ℥j Auri pigmenti ℥s Olei communis q. s.

M.

Aliud ad unctiuras.

Baccarum Lauri ℥iß Olei Laurini ℥ij Argenti viui ℥j ol.
Hyosciami olei de iunipero ana ʒß Misce.

Haustus laxatiuus.

Diaprunis ℥j Electu. Elescoph ℥ij Rhabarbari ʒj Syrupi
Viola. q.s. Misce cum aqua Endiuia.

Syrupus.

℞ Syr. de fumo terre, Endiuia aquaque fumi terre Lupulorum.
Misce.

Morbus Gallicus.

Falsum est cum fit in 3 uel 4 ordine quoniam Rasis cal. dicit fere sublimatum — Fortiter potest decoqui lignum Guaiacum.

Si interrogatus fueris quare Vnguentum Mercuriale curet Morbum gallicum Respondet quia accendit caliditatem quasi febrem que caliditas extergit ulcera et consolidat quantum. Sanguineo gallico morbo laboranti primum uena secanda et is potest bene exiccari, Si chol. huic primum Cholera erit euacuanda ne ex siccitate ulcera fiant acriora et magis dolorifica. Melancholicis conuenit fortis decoctio ligni exhibenda propter imbecillitatem sic et cal. non debet esse nimium uersa. Phlegmatici magis sunt extenuandi et exiccandi possunt et fortiori

Cibi etiam copiosiores exhibendi

Elephanticus fieri potest

Homo si habeat Epar calidum et humidum, utatur rebus acribus aut aromaticis. Tali itaque abstinendum ab aromaticis et acribus rebus

In Gallico

Empirici et Vetulae parant Vnguentum ex Oleo Laurino axungia porci sulph. et ☿ uiuo illa inunctio propter calorem quam accendit febrem quae exiccat ulcera gallica et haec est com̃ cura uel conueniunt qui natura sunt fortes et qui non propter imbecillitatem

Scabies in Gallico morbo

Si naturalis sit scabies est omnium optimum signum, significat quod reliquiae expellantur, et si natura uelit mundificare omnes partes corporis aliquando etiam signum est.

Vnguentum in Paralysi post morbum Gallicum si causa non est mala.

Saponis Veneciani ℥ij dissolue in liquore salis, aloes ʒij Rhapontici ʒj ut lehora et sanie bibitum [illegible] & attractiva, potest loco eius semen Rhabarbari pro divitib. addita Terebinthina & Cera pro rum [illegible] fiat unguentum, prodest etiam in fluxionib. ex acris humorib. [illegible] stupores faciunt, qui frequenter membra incurrunt, in hoc casu balneum & Thermae mirifice prosunt, quando ita ex humorib. crassis fit debilit. & stupidit. membrum ut tactum eius sentiat

Elephantiaseos Signa P. C.

Fetor anhelitus & oris, pectoris & thoracis, angustia, oculi [illegible], labia tumida, nares foedatae.

Elephas Mont.

Est affectio totius cutis penetrans per totam substantiam carnis, eandem inaequalem & non sine pustulis deformem. in coll. quodam.

Elect. pro quodam qui laborabat [illegible] habebatque [illegible] & erat suspicio de morbo Gallico, ad praescriptum Bell. [illegible] Octobr. 47.

Sacchari Rosacei ℥ iij Boli armeni ʒ j Seminis [illegible] ʒ ß. Diagridij ℈ j. Corticis Ligni sancti ʒ ij Syr. de corticib. Citri q. s. fiat mixtura & de hoc elect. sumat [illegible] mane in magnitudine nucis.

Signa Elephantiaseos Gal. 3 [illegible] ζ

ὁ ἐλέφας ὀνομαζόμενος καὶ ἡ [illegible] φανερῶς [illegible] τὴν [illegible] τῷ [illegible] καὶ τὰ χείλη [illegible] καὶ [illegible] τὰ ὦτα φαίνεται, [illegible]

In Gallico morbo

Vix fit unquam [illegible] ut [illegible] semen [illegible] Mont. Coll. n. 48.

Gal. περὶ μελαίνης χολῆς 763

ταύτῃ [illegible] διὰ μελαγχολικὸν χυμὸν γίνεται [illegible] καὶ [illegible] καρκίνου [illegible] χυμὸν [illegible] ἐλεφαντίασις [illegible] καὶ τῶν καρκίνων

Collicus melanc.

Intendum in eo humoris [illegible] ~~[illegible]~~ humores, a quo
tempore Epatis, z obstructo a sic humorib. Nam humor
Melanch. magna et sic admixtus sunt sic humores qui
non abstergendi incidendi & attenuandi. Cumque cum purga-
re volueris oportet studere primo in ipsis viis & cum
quare humores, non attendendum primo ad humorem Mel.
evacuandum, sed ad incidendum & abstergendum humores
sic. qui obstruunt venas, et Oxymel & incidentia, postea
sic evacuare cum Catholico aggreg. Hinc quod patet est in
evacuando humores sic. [illegible] Agar. & Coloc. Circa humo-
res sic. evacuando & aptis [illegible] [illegible] humores Mel. cum
syr. de fumo [illegible]. cum decocto [illegible] [illegible]. aliquando
[illegible] catharticis. & [illegible]. [illegible] cum syr. de [illegible]
Postea sic. evac. humores Mel. cum syr. et Epith. Polyp.
Myrob. Ind. & Elleb. nigr. qui facilius evacuat
quando [illegible] humores Mel. sic evac. [illegible], facilius
sunt qui sequuntur. Postea [illegible] [illegible]. et Mel. coll. c. 18
Idem Coll. 2. Sunt communia [illegible] [illegible] sed [illegible]
facilius [illegible], quandoque [illegible] sunt [illegible] [illegible] sic.
humoris Mel. attendo ad sic. cum considerando humores
Mel. quod fuit in omnib. qui laborant Callico, postea [illegible]
gradior hum. Melanch. Ex multitudine [illegible] abs-
[illegible] [illegible], illi humores sunt [illegible]. [illegible] alios hu-
mores, qui cum non sint [illegible] obstruunt magis. Quando
sic. in venis cum humore Melanch. non [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible], sic. indiget incisione abstersione
humores mel. adequate. ~~abstersione~~ [illegible]. et sic [illegible]
[illegible] ad [illegible], non est [illegible] sed [illegible] indige-
[illegible]. Qui faciunt ad [illegible] sic. non [illegible]
coll. humoris Mel. T. 3. 129

Morbi Gallici proxima et immediata causa. [illegible]

Est intemperies calida hepatis. Si etiam [illegible] sic fit, tamen omnes humores in Gallico sunt putridi [illegible] [illegible] [illegible] calor [illegible] [illegible] generans in hepate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. generati humores adusti putridi propter eorum gradum calid. et determinati [illegible] [illegible] fl. et sang. [illegible] vide T. 2. 50.

Interdum fit ex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pudendi viri.

Vlcera pudendorum et bubones sunt signa maxime morbi Gallici, contingunt in omnibus antiquis patientibus Gallicorum non tamen necessario adsunt si adest gallicus. T. 2. 49. Interdum nullum aliud symptoma adest praeterquam dolor capitis. Complicatur Gallicus & Podagra. ibid.

Decoct. Compositum à I. B. Montano
Ad Gallicum Lepram Impetig.
omnesque adustos & Mel. humores.

℞ Sfor Myrob. an ℥ 2. Contundantur crasso modo & fricentur manib. cum oleo amygd. dulcium postea infundantur per horas 24. in ℔ 5 aq. fontanae postea ℞ Epithymi Polypod. Fol. Sennae ana ℥ 2. Sem. Citri ʒ a Glycyr. rasae ʒ ß Corticum Helleb. nigri ʒ 2. decoquantur omnia simul ad consumptionem medietatis pro syr. 5. vel colligantur & Seruentur, Ex istis ingr. syrupis quotidie hi syrupi optime evacuant humores Melancholici.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Contra peſtem & aerem corruptum pilulæ mirabiles.

℞ Myrrhæ ℥ iij. Croci ʒ j Aloes Epatici electi uel succotrini
℥ iiij puluerizentur hæc omnia deinde formentur pilulæ par:
uæ cum uino albo ad modum ciceris. Conſeruant hominem
à peſte, deinde etiam curant peſtilentialem perfecte, & plus ualet
quam res in mundo, contra aerem corruptum per naturam
ſicut in Sardinia, Venetijs, Rauenna in locis paludoſis & corrup:
tis, tardant canitiem & ſenectutem, inducunt hilaritatem &
gaudium in animo, acuunt ingenium, conſeruant memoriam
uiſum confortant, cor & ſtomachum mundificant, & inteſtina
à ſuperfluitatibus corruptis, & remouent dolores uentoſos in
quacunque parte corporis, præſeruant uentrem à doloribus to:
tum corpus à doloribus articulorum, & maxime ualent con:
tra catharrum antiquum & nouum, mundificant pectus &
dolores coſtarum remouent, uſque ad ſenium prolongant uitam
quæ aſſ abbreuiatur propter multitudinem cibi & potus & ma
liciam eorum. Modus ſumendi hic eſt, potes ſumere ant
uel poſt cibum, sed melius ſumuntur ſero quando iter dormi
tum uel ſummo mane. Sumuntur de his ʒ in hebdomada, n
multas ſedes, tres pilulæ uix ultra duas ſedes faciunt, & erit ſine
cuſtodia tam à cibis quam à reſiduo, Etiam bonum eſt quando
p ſumere poſt diem operationis ʒ j Theriacæ cum uino albo.

Contra Morbum Carbonem.

Ille carbo eſt rubeus & ardens, turpe malum in peſte eſt mortalis
℞ Pennas quæ ſtant ſubtus collum unius gallinæ uiuæ aut uiui
pulli, & in continenti liga ſuper malum, uidebis quod infirmus libe
rabitur & gallina morietur, iſtud eſt remedium efficax & experimen
tum

Peſtis Cura.

Varia ſunt peſtis genera primo aliqui reperiuntur qui abſque nota
aut ſigno in primo ſtatim die moriuntur, ibi natura ſtatim ſup:
primitur, nec cupit morbum expellere, nonnulli uero ſunt in qui
bus ſigna apparent tunc natura cupit expellere Venenum à
corde, quare medicus ſtatim debet adhibere potum ex frigidis me:
dicinis ut depellat uenenum à corde & ſudorem ciat poſtea ſta:
tim ſecanda erit uena, in parte affecta, ut corpus refrigeretur &
noxius ſanguis ſubtrahatur, poſtea adhibeat medicinas frigidas
confortantes cor ne uenenum recurrat & cor petat ſicut Sac:
charum Roſarum cum aqua Plantaginis, Verbenæ, Capilli uene:
ris, aut electuarium de gemmis uel Margaritis, poſtea adhibe:
at clyſter ex bletæ ſucco quo ſtimuletur natura ad expellendum
noxium humorem interim augetur abſceſſus, quare deriuandum
erit, ut ſi eſſet apoſtema in pede deriuetur ad plantam pedis uel
ueſicatoria medicamenta adponantur & attrahentia ueluti Ra:
phanus, Si ſub aſellis ſit ulcus tunc ad brachium erit deriuandum
& ueſicæ erunt attrahendæ & aperiendæ ut noxius humor expel:
qua parte diſcedat, poſtea cum maturatum fuerit ulcus uratur

vel ſecetur & per ventoſam nocius ſanguis extrahatur poſtea repetatur Phlebotomia in idipſum foramine ſi opus fuerit Si ulcus in peſte eſset ſub axillis quando materia iam eſt fluxa Venam eiuſdem lateris ſecamus, quod ſi in oppoſita parte ſecaremus tunc venenoſam materiam traheremus ſupra cor. Quemadmodum in Pleureſi: ſi cum materia iam fluxa eſt ſi in parte oppoſita evacuaremus magnum illa evacuatio inferret malum quia traheretur ſupra membra principalia cor & pectus. Vetat autem Avicenna Fen iii transitum malæ materiæ ſupra membrum principale: In peſte nullo modo ad oppoſitum latus revellendum erit ſed ſemper in eodem latere tum in principio tum fine evacuandum de

Peſtis præſervatio

Ad præſervationem in peſte non valet ſolum unum medicamentum ſed plura & ſæpius permutata, alioqui aſueſcit natura, & medicina nihil operatur, iuxta Canonem Avicennæ, non ſecundum unam medicationem cum una viſitandum eſt medicina immo in una medicatione medicinæ permuta, quia ab ipſo quod conſuetum eſt non fit paſſio propterea medici Augustani in ſuo libello de peſte quotidie præſervationem per totam hebdomada alterat.

Pilulæ peſtilentiales Ruſi

Licet a multis pro peſtis conſervatione laudentur non tamen proſunt ſi quotidie ſumantur quia purgant ratione Aloes et qui ſalubritatem corporis habent per medicamenta evacuati cito exolvuntur, quare licet Averrois dicat nunquam quenquam mortuum eſſe qui fuerit uſus his pilulis ſed experientia compertum falſum hoc eſſe, multi enim licet quotidie uſi fuerint mortui tamen ſunt

Tempore peſtilentiæ corpora moveri non debent forti exercitio quia fit excalefactio humorum quæ vertitur in putrefactionem & in putrefactionem incidit peſtis propterea etiam pilulis peſtilentialibus additur bolus Armenus verus ut prohibeat commotionem humorum.

Statim in primo die ab infectione. Sive aliquis fuerit infectus ſive non. Poſt duos dies exhibuit ſtomachum refrigerantia & venena a corde prohibentia

Doctor Peyſserus In peſte exhibuit Euphorbij partem j Maſtiches partes ij. Saccari partes iiij. exhibuit tantum quantum ſupra nummum poni poſset ponderat fere ℈ s. evacuant & leniter purgant & validè habuit in uſu.

Carbones Anthraces.

Carbo facillime ſolet mortificare.

Antrax & Carbo idem eſt licet nonnulli differentiam faciant quando igitur oritur Antrax vel aliud apoſtema peſtilens cum tunc non expectemus maturationem ſed omnibus modis extrahimus malum humorem in abſceſſu contentum, variæ autem ſunt medicinæ attractivæ quidam removent aut ſcarificant apoſtema & per cucurbitulam extrahunt nonnulli cavent caſas & imponunt Theriacam

Allium plurimum laudatur in peſte

Illud Med. eſt melius, cuiusdam Gebele D. L.
Maſtiches Saccari ana ʒ ij Euphorbij
myrrhæ ʒ j croci ʒ s fiat pulvis.

& rursus coquunt in cinere vel apponunt Radicem Scabiosæ quæ etiam vehementer attrahit & imponunt vlceri. Alexander Benedictus laudat si gallinæ vel pullastri veigiantur & euellantur plumæ circa podicem & apponantur apostemati quod ita vehementer attrahit vt decem gallinas necare possit, & hoc tamdiu iubet fieri donec vltima maneat viua.

Quidam gallos negris tondent.

Scarificant

Habent pro magno secreto & experimento.

Puero pestilentico

Auenzoar filio suo pestilentico trei. annor nato venam secuit sed nos fortassis propter insuetudinem non facimus. quod si non incidimus necesse erit vt ligentur manus & pedes vt dolor attrahat & ita aliquando euantur

Carbo ex Melancholia Carbunculus.

Fulj = :/. Quando non est pestilenticus possumus frigidissima apponere sicut succum barbæ iouis vt mitigetur dolor non enim calida suppuratoria applicamus quia ignis igni adderetur, sic etiam in Herispelata frigida adhibemus.

Puluis optimus contra pestem.

℞ Boli Armeni subtiliter triti ʒij Rad. Tormentillæ, Doronici Diptami, Sand. rub. ana ʒj Rasuræ eboris, Spodij, corticum citri ana ʒs Margaritarum splendidarum ℈ij fragmentorum Rubini Granati, Smaragdi Saphiri Hyacynthi ana ℈j Radicis Anthoræ, ossis de corde cerui ana ʒs fiat puluis cui si adderes Rasuræ Vnicornu ℈s perfectior esset, dosis à ʒs vsque ad ʒj mane cum vino subtili aqua Ros. vel acetos. pimpi

Alius melior.

℞ Sem. citri Acetosæ, ana ʒij Radicum Diptami Gentianæ Tormentillæ ana ʒijs Boli armeni ʒj Cinnamomi electi ʒj Margaritarum, Saphirorum, ossis de corde cerui ana ʒj omnium Sandalorum seminis Ozimi ana ʒjs Fiat puluis aut electuarium ponendo in ʒjs huius pulueris ℔j Saccari, & post comestionem modicum aquæ Acetosæ bibe.

Throchisci contra pestem.

℞ Terræ sigillatæ ʒs Boli Armeni, Myrrhæ, Sem. citri ana ʒj Smaragdi, Diptami, Zedoariæ, Pimpinellæ Camphoræ ana ʒij Tormentillæ ʒj Croci ℈j Terantur & cum Syrupo Acetositatis citri & modico Theriacæ fiat Throchisci.

Odoriferum optimum in peste quo lauentur & fricentur leniter omnes pulsus & facies & tga sepe in die

℞ Ambræ ʒs Anisi ℈s Ligni Aloes, Labdani purissimi, Benzoin albi & rubei ana ʒij Macis, corticum citri, ana ʒijs Nucis muscatæ corall. alborum ~~& rub~~ Sandalorum ana ʒj Foliorum Lauri numero vj aquæ basilici aquæ florum Croci & Rosaceæ Muscatæ ana ʒv Aceti Cochlearia ij Vini Maluasici optimi Cyathum s.

Emplastrum contra pestem.

℞ Diaquilonis simplicis partem j Armoniaci Galbani dissolutorum in aceto ana ʒ j fermenti acris ℥ ij Sem. Synapi ʒ j Ceparum assatarum num. 4 Ficuum pinguium numero 8 uvarum passarum ʒ ß et dissolvantur singula fiat cum oleo Chamaemelino Resina et Cera in modum Emplastri.

Haustus contra pestem à principio.

℞ Boli armeni praeparati ʒ j aquae Rosaceae ℥ ij Vini albi ℥ j Misce fiat haustus. Alius.

℞ Aquae Scabiosae ℥ iij Teriacae ʒ j Boli armeni praeparati ℈ j Radicis diptami Tormentillae ana ℈ ß. Misce fiat potio.

Electuarium contra pestem

Boli Armeni praeparati ʒ ij ß Terrae sigillatae ʒ j ß Radicis Tormentillae Diptami, Corallorum rub. alborum ana ʒ j ß, Pim- Gentianae pinellae Serpentariae ana ʒ j Cinnamomi ʒ iij Zedoariae, corticum citri, Sem. citri, acetosae, limaturae eboris ana ℈ ij ß Ligni Aloes nucis Moschatae, Croci, Macis ana ℈ j fragmentorum Smaragdi, Iacynthi Saphyri Granati Rubini ana ℈ j Pulverizatis addatur Saccarum dissolutum in aquis buglossae acetosae q.s.

Experimentum D. Leonis Friburgensis in peste.

℞ Teriacae ℥ ij Diptami, Pimpinellae Gentianae Valerianae, Salviae, oculorum cancri Iuniperi, radicis Tormentillae, Serpentariae, Nasturij, Angelicae ana ℥ j Pulveris Vermium terrestrium ℈ ij Zingiberis Cinnamomi ana ʒ ß Teriaca cum aceto solvatur postea species solvantur et commisceantur fiat pulvis, viris detur ʒ j ß in aqua acetosa cum pauco aceto iunioribus ʒ j pueris ʒ ß

Emplastrum eius in peste

℞ Ficuum contusarum ℥ ij Gummi arabici Vuarum passularum ana ℥ ß Bdellij Serapini ana ʒ ij Succi Apij ℥ j fiat Emplastrum in 24 horis colligit et rumpit anthrac. et post ruptionem consolida cum unguento albo Rosaceo

Pilulae eius.

℞ Myrrhae electae ʒ ij Croci diptami boli armeni praeparati Corallorum rub. Carabe Sem. citri Sem. acetosae florum buglossae ana ʒ j Aloes boni ʒ viij cum succo de citro [illegible]

Contra pestem Physici Palatini Haidelber. praestan. 2da

℞ Aloes hepaticae Myrrhae ana ℥ j ß Croci ℥ ß Cinnamomi Anisi Coriandri ana ʒ iij Rhabarbari ℥ j ß Boli armeni terrae sigillatæ ana ʒs Sem. Basilij ʒij Been utriusque ana ʒj Seminis Aquilegij acetosæ ana ʒij Sandal. rub. & alb. ana ʒj Cassiæ, Ligni Xiloaloes Matris perlarum Corall. rub. ossis de corde cervi Rasuræ Eboris ana ʒs subtiliss. pulver. Misce detur ʒj

In peste exhibeatur decoctio Thlaspidis decocta ex vino aut aceto. mane & vesperi detur haustus unus.

Electuar. contra pestem secundum Benedictum de Nursia Physicum illustrem.

℞ Boli armeni, Diptami albi Myrrhæ Pimpinellæ Zedoariæ ana ℥j Theriacæ Andromachi distemperatæ cum aqua vitæ optimi vini & distillatæ in balneo mariæ ℥s Croci ℈j Camphoræ Margaritarum non perforatarum Smaragdi ana ʒiij Tormentillæ, Sigilli mariæ ana ℥j Sem. citri ℥js Omnia pulverizentur & incorporentur cum Syrupo de acetositate Citri & ex his fiat electuarium de quo detur ʒs Cum aqua melissæ in vino stomacho certe tollit fetorem pestilentiæ & extinguit omne venenum in corde & ex toto corpore.

Pulvis optimus contra Pestem.

℞ Diptami Tormentillæ Valerianæ nucis vomicæ ana ℥s Pomeranzen kern boli armeni terræ sigillatæ abgeschele Hirschhorn Zedoariæ ana ~~℞~~ ʒij Sachari ℥iij fiat pul. Dosis ʒij cum aqua acetosæ vel tormentillæ vel bono vino ieiunet per horam post sumptum pul. sumatur semper post 4 dies. Tempore pestis est abstinendum a foeminis, fructibus frigidis, fame phantasijs timore balneo familiaritate infectorum

Pomum tempore Pestilentiæ.

℞ Laudani ℥s Styracis Calamitæ ʒij Mastiches ʒs Caryophyl. Macis, Nucis miristicæ Cinamomi electi Croci ligni Aloes ana ℈j Ambræ Grisiæ ʒs Moschi dissoluti in vino odorifero ℥v pul. put. cum pistillo cal. in mor. ligetur in sindone rubra & ponatur in globum ligneum perforatum imprimatur.

In peste potus Diaphoreticus Porzrarum.

℞ Terræ sigillatæ boli armeni ~~Theriacæ~~ ana ʒj Cornu cervi ʒs fiat pulvis, & bibat patiens vel calido vino vel optimo aceto ita calido sicut pati potest cum pane tosto claude os eius contra vomitum & cooperi eum optime ut sudet tunc sanus erit.

☞ Diaphoreticus potus optimus in peſte NB.

℞ Serpentariæ Aſtrantiæ Morſus Diaboli Valerianæ Pimpinellæ Dyptami ana ℥j Gentianæ ℥s Fiat pulvis fundatur diſuper vini ardentis ſtet per dies 8, coletur cum ſpeciebus remanſis fiant tabulæ vel Rotulæ cum Sacchāro, purgetur patiens & iſte potus facit ſudorem pertranſit omnes nervos venas & omnia membra.

⁊ Signa Prognoſtica peſtis adventuri

1 Ex Hyp. Quando in una die æſtivali aura ſæpe mutatur, mane pluvioſa deinde nebuloſa, demū ventoſa præcipue à vento meridionali. 2 Si per æſtatē ut plurimum diurna lux obfuſcatur, hymbresq; minantur nec pluit interim idq; ſi multoties viſitur, 3 Si quando muſcarū turmæ humi diſident, 4 Stellarū frequens in terram caſus, 5 Quando Cometæ videntur, 6 Crebra tonitrua, fulgura præſertim à plaga Medidionali demicantia, 7 Multitudo flatus venti meridionalis.

Quæ corpora peſti potiſs. ſint obnoxia

Putridas febres facilius incurrunt quorum temperatura iuſto plus vergit ad cal. & hum. exceſſivū unde videmus ſanguineos humidioris naturæ plus infici vide Ro

De Præſervatione peſtis.

2 Tom de Peſte

Convertant ſe ad deū, 2 contagium vitandum omnibus modis, 3 omnē abundantia corporis extirpet, ungues barbā capillos, urinā ſedē deponat ſudorem in hypocauſto aliquando eliciat, animi affectus abjiciat, de peſte aliave re triſti nulla mentio fiat. vino liberius utendum ad exhilerandū animū, bonū eſt nonnunq; mutare cameram, feneſtras ad ortū vel boream ſitas aperire, fen. ad meridiē claudere, propter putrefactionem. Ad concubitum rarius accedat. Obſerventur valvæ tendentes ad ventum Meridionali, pomeridianis horis reſerantur verſus ſeptentrionē, vitetur foetor omnis ſtercoris cloacarū ſtercorariorū ſtabulorū & aquarū lacuſtrium & ciſternalium.

Remedium præseruatiuum optimū. N8. 33 82

℞ Spongiam uel panem intinctum aceto portetur secum, tenens prope os & nasum, opilat n. hoc meatus humorū nec permittit uenenosa subintrare.

Quæ cauenda.

Vitentur humorifica virulenta, caro suilla, calorifica aquatilia, Balnea præsertim Tinea quia humectat, conceditur assum balneū uel hypocausticum seu Diaphoreticū. Edantur pastilia, cibi qui humores noxios exiccent assatura uolucrū ferarum.

Triplex Phleb. prodest in peste.

Si parotides subnascantur retro aures uel in collo, mittat uena pollicaris uel cephalica brachij. Si apostema subalare fuerit secetur mediana si fuerit an [illegible] secetur uena uirginalis seu Saphena.

Signa salutis uel mortis

Si urina fuerit multum sanguinolenta uel nimis alba Si æger nihil edit moritur. Si nulla requies sit sed hinc inde discursatio continua & importuna. Si post purgationem Dysenteria uel uomitus sequitur moritur Si sudorem bene ferre potest, nec illi inde Lypopsichia d[illegible] urinat

Tria requiruntur in peste necessaria.

1 Bona Dieta in omnibus rebus, 2 conueniens expulsio noxiorum humorū corporis. 3 Confortatio naturæ

Diaphoreticus & amuletum contra pest.

theriacæ fiē ℥i decoquatur cum radicibus Ruthæ & saluiæ in uino merace quantū sufficit, colitur & bibatur ex eo haustus & sudet.

Notandum quod orto apostemate sub alis uel alibi adfigatur cucurbitula, & strictissime alfigatur ut extrahi possit materia conglobata, deinde fiat decēs phlebot. post quam utatur amuleto prædicto & sudet parū

Potus expertus præseruatiuus popularis.

℞ Saluiam, Atriplic. Folia sambuci in pari quantitate, tunde exprime per pannū, adde Zingib. contusi bibe cū uino albo 9 diebus ieiuno, est absq timore tutus à peste

Post phleb. optimum conseruatiu.

℞ Morsum diaboli puluerisa ex puluere in pondere unius aurei, Theriacæ adde ponderis auellanæ Kreutzgeschut
pisa.

vel cum aqua vitæ
pulveriza & misce cum bono vino instar pulmenti adde succum expressum in vitro & cum volis uti impone aquæ calidæ misce reliquis & exhibe ad bibendum cooperi egrum ut sudet, deterge sudorem cum pannis calidis

Pilulæ pestilentiales preservant à putrefactione
amovent internam dispersam valent contra
Gangrenas illito ulceribus.

℞ Aloes Hepaticæ ℥ j Myrrhæ rubeæ Croci ana ʒ s fiat pulvis, misce simul & in aqua Scariolæ vel aqua vitæ vel vino bono fiant pilulæ magnitudine pisarum si vero quis infectus sit adde Boli armeni ʒ s vel si quis habet malum stomachum adde supradictis Mastiches ʒ j

Phlebotomia in peste.

Si apostema sequitur febrem vel simul cum ea incipit mediocris sufficit sectio, nec ad Syncopim secandum quia natura eam tolerare non potest iam duplici morbo oppressa & pertingentibus usque ad cor. Sed si apostema precedit febre ab initio dum ~~febris~~ vicinus est sectis de vena proximiore debet fieri sectio ad Syncopim fere usque ut de venenosa materia una vice educatur quantum possit, & febris accessio prohibeatur.

Nota.

Si exhibeatur primo in Peste Bolus armenus proprietate, si vomuerit non sanabitur si non vomuerit sanabitur.

Pestis & Pestil. febris differunt

Pestil. febris appellatur quando non apparent apostemata pestis cum adsunt apost. Preterea notandum quod pestis non solum fit ex corrupto aere verum etiam ex penuria cibi & cibo depravato quemadmodum in bello.

Gal. de diff. feb. li. 1 cap. 2. Conversari cum his qui peste laborant fallax est affici [illegible] est quasi scabie lippitudine & phthisi.

Preservativa & curativa in peste.

Consilium liberaliter Arnoldi de villa. & Elec. de ovo quo usus esse dicitur Cesar Maxi. oportet etiam corpora esse munda quia ut Gal. li. de feb. differ. cap. 7 nulla pestis sine corporis aptitudine fieri potest. Reliqua quere tomo 2. fo. –

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Vlcera omnia curantur secāis.

VLCERVM ET ABSCESSVVM OMNIA GENERA

Quicquid medicamento non curatur, ferro curatur, quicquid ferro non, igne sanatur, & sic omnium apostematum quæ non possunt maturari multo præstantius & melius est medicamentum quam si urantur si enim secantur tunc remanent radices si autem uruntur sine omni dolore curantur & multo etiam est melius pestis abscessus urere quam secare.

In principijs abscessuum calidorum congruunt repercussiua refrigerantia & inspissantia, repercussiva vel reprimentia ne totum materia fluat ad partem egram ut eam corrumpat, Refrigerantia ut auferatur mala qualitas quia ipsa ē causa doloris & attractionis ad partem egram. Inspissantia quia calida Apostemata generantur ex humoribus subtilibus acutis & ideo sunt inspissandi. Excipiuntur primo Apostemata ex materia quam expellit membrum principale ut in peste sæpe accidit in quo nunquam repercussionem competit, 2 quando materia est valde venenosa, valde in sa, vel critica expulsa vel in corpore pletorico idest repleto. In augmento autem & statu repercutientia commiscentur cum resolventibus quia resolventia mera cum nondum tumor imminutus esset materiam dilatando dolorem inducerent, & novum affluxum, sed repercutientia hoc prohibent & resolventia aliquid resolvunt de materia quæ iam affluxit. In declinatione aut sufficiunt mollificantia: resolventia, idest lapam facientia ut subtile resolvatur & residuum inducatur vel paulatim recedat humor.

Quæ calida sunt

Vlcera dolent.

Aurium apostemata

In senibus ~~magis~~ magis periculosa sunt quam in iuvenibus. propter calorem naturalem debilem qui non potest concoquere materiam.

Vlcera curat spuma aquæ extergit consolidat & exiccat.

Omnium ulcerum apostematum & phlegmonum familiare maturativum est Dioxilon barbari Diaquilon vocant & unguentum aureum ut vocant ex sola farina & vitellis ovi constans, maturat etiam ulcera malva cocta in pinguedine. lactis mitescom, Hoc etiam notandum est, malum humorem in aliquo ulcere non expellendum esse nisi idem sit prius maturatus aliqui vehementer dolet ulcus & difficulter curatur iuxta Canonem Avicenna qui dicit quod humor qui est in uno loco contentus non debeat expelli ab eodem loco nisi sit maturatus.

Emplastrum Episcopi Frisingen. consolidans ulcera

℞ Lithargyri ℔ s aceti fortis ℔ s olei Rosacei quartam j olei antiqui ℔ j Galbani ℥ s Mastiches Libani Sarcocollæ Colophonia ana ʒ ij aluminis usti balaustiæ Curcumæ vermium terrestrium ustorum, æris usti, plumbi usti & loti, sanguinis Draconis Gallarum Antimonij ana ʒ j Misce fiat emplastrum

Ad antiqua ulcera Cancerum & fistulas
& ulcera quae lupum nominant

Caprifolium applicit-
[illegible] in modum q.
dest cancro.

Eluantur prius semper cum oleo Tartarino vel aqua in qua Myrrha fuerit decocta posthac semine Aristoloch. & Aloe fac emplastrum cum melle Rosaceo, item Ambrosiana quam gottsgwertz appellant et est species artemisiae. Item fabas universas virides et cum succo alchimillae & cera fac unguentum per modum emplastri: superponatur emendat & exuvabit carnes superfluas in 3 diebus sine dolore

℞ Succum fabarum universarum & eorundem foliorum ℔j succi ungulae Caballinae Sempervivae aristolochiae ana ℥js fiat unguentum cum oleo & cera.

Chamedris contusa melle mixta purgat & mundificat

℞ Saniculae & Consol. Sarra. coque in aqua tepida donec mollescant ad modum pultis exprime addi foenugreci, sebi hircini axungiae porci ana, olei medietatem & bulliat una ebullitione addita modica cera fiat unguentum.

Medici repercussiva & discussiva [illegible] l. 4 cap. 20 Aet. l. 14 cap. 58.

Cancer.

Cancros occultos melius est non curare ut docet Hip: sed gal. admittit extergentia & dolorem sedantia medicamenta sicut tepidam aquam Cardui benedicti. D. V. l. usu habet folia circa festum S. Viti colligit & servat, si in hyeme sunt dura & arida folia iuglandium iussit imponere illa in florem lactis per noctem & post balneum cancrenti imponere, sedavit mira in modo dolores

Aphrogala

Aedema est inflatio mollis absque dolore.

Scirrus absque inflammatione & dolore cum duritie

Ulcera quae incidenda, quae urenda quae medicamentis curanda ex Prob. Arist.

Quae sub ala aut in inguine med. curanda didarna n. partim laboriosa partim periculosa redduntur Urendi sunt illi abscessus qui lati, processusque multiplici eruperunt, quippe venosis non carnosis resident locis. Incidendi qui in acutum se colligunt, quippe non parte solida extant.

Quatuor sunt Genera apostemato.

Ex puro sanguine fit Phlegmone vel inflammatio

Ex flaua bile vel commixtione ſanguinis cum flaua bile fit Herisipelas eſt omnium peſsima ſpecies. Ex pituitoſo humore dupliciter, Subtili & tenuiori fit Ædema apoſtema fluidum. Spiſsiori phlegmati vel humore Melancholico fit Scirrus Vel Sciros, Tales etiam 4 ſpecies Angina habet.

Herisipelas

Quando non eſt vlcerata tunc competunt frig. cum reſol. aliqua materia biloſa, quando autem vlcerata tunc competunt cal. & ſicca ut reſoluatur Cholerica materia.

Vlcera Cacoetica.

D.V. Curauit D. Tecio vlcus valde malignum & dolorificum, effluebant virulenta, ipſe Carui, Serpillum, Artum Origanū Chamomillam elixauit & Circumcirca impoſuit ~~ſupra~~ ſic dolor mitigatur, ſupra vlcus vero poſuit emplaſtrum valde competens in malignis vlceribus qualia multa reperiuntur in Gal.

Vlcera Phagedenica.

Illa vlcera ſunt corroſiua cal. cum aduſtione ergo curantur contrario plantag. quæ eſt frig. & ſicca.

Idem curauit vlcus phagedenicū ſola expreſsione plantaginis, ſuccū & herbam impoſuit vlceri, addidit nonnunquam Agrimonia. Si fieret in hyeme poſſent coqui in vino vel aqua pluuiali & calide adplicari. Poſſet quis quærere quod ſi fieret emplaſtrum vel unguentum ex eo non facit quia quando additur his vlceribus oleum tunc eo magis forant

Comeſa vlcera triplicia ſunt

Si in facie dicuntur me attingere noli, ſi circa mammas eſt cancer, ſi in inferioribus ptibꝫ Lupus dicitur

Noli me attingere

D.V. hoc genus apoſtem. in facie curauit. Fecit decoctionem ex Agrimonia, Pipere aquatico, folijs Filicis in vere collectis, & Veronica Iuſsit ſæpius imponere faciem, poſtea adplicauit unguenta cal. & ſuppurabile fecit & pulcherrime ſanauit.

Herisipelati non ulcerato

Quando inflammina ad rubrum & subrubentem sanguine recenti tendunt, illud Herisipelas curatur aqua tarmone vel frigide vel tepide imposita, quia prohibet affluxum materierum. Ulceratum vero non curat quia mordax est & statim vertit colorem rubrum in nigrum.

Ad ulcera curatu difficilia Gal. 10 Simplic.

Chrysocollam factitiam optimum esse pharmacum assero ad ulcera Cacoethe si cum aliis idoneis misceatur. Ibidem Chrysocollae praeparandae modum docet. Locus in cap. de hominis urina.

Herisipelati.

Hordeum masticatum & Erisipelati impositum curat ipsum, alias non, quia peculiares habet virtutes cum saliva. Gal. li. 1 de potentiis naturalibus teste.

Incarnativa in Ulceribus.

Quod fit ut incarnativa in quibusdam corporibus carnem generent in aliis vero excedant, propter diversitatem corporum quia in mollioribus corporibus Thus carnem generat in durioribus vero non ita. In durioribus corporibus Aes viride ~~[illegible]~~ Aristol. rotunda & similia fortia carnem generant in mollioribus vero magis excedunt.

Sicca magis adhibe ulceri
partis natura siccae sit, tu
quo corpus est siccius
ra ante siccanda magis
simile aliquid in parte praehumida toto etiam
corpori praehumido minus medicamentis utere
externa partis in cauda
Cancri parte est & te
tumia.

Ad ulcera.

Ulcera omnia siccis curantur, animadvertendum vero ut superfluitates solent in iis excrescere non alimentum, ne igitur ~~[illegible]~~ in omnibus ulceribus sunt valde exsiccantia adhibenda.

Cancer occultus. *

Cancri qui in profundo corporis sunt non sunt curandi sectione vel ustione, sed tamen dolorem sedare & mollire possumus & potissimum cum adest exulceratio, tunc debemus saniem abluere cum aqua Chelidonia, Eupatorii similiter Carduii Benedicti, quae mirabiliter confert. Sic cum aqua Scolopendria cum aqua destillationis florum iridis etiam magnopere iuvat sic aqua foliorum lilii aqua aristolochia. Adhibenda etiam sunt emplastra abstergentia & mitigantia bilem adustam ut Veronica contusa & superimposita aut aqua Veronica, vel succus expressus & superimpositus.

Ad antiqua ulcera

Radicis Asphodeli ℥ij Terebinthina in aqua fumiterra 7 lotd olei Chamemelini Ros. ana q. s. fiat unguentum cum modica cera.

Herisipelas & Herpes quomodo differant

Sumpsit ex Gal. therapeutica ad Glau.

De Herisipelate Manardus li. 7 Ep. 2. Fit à flava bile fervente & tenui sanguine, vel fit quando sanguis & Cholera supra modum calefiunt, differt ab Herpete, quia licet sit à bile tamen Herpes tantum est in superficie corporis & est duplex Miliaris à bile minus acri & calida facit bullas ut milium, Estiomenus à bile crassa & acri, & totam cutem usque ad carnem exulcerat ab εσθιω quod comedo

In Sectione cancri.

Senibus illis nullo pac[to] sectum in cancero sic nisi obesis. quia plerumque moriuntur

Praesertim si fuerit in loco unde sanguis copiose profluere potest, Cauterisandum statim est post sectionem, & postea accipiendum lac caprinum aut muliebre cum paro oleo rosaceo & imponatur vulneri. Exterius vero defensivum emplastrum adhibeatur ex Plantag. vel Centinodia vel ex radice Symphiti cum micis panis coquatur in lacte caprino emplastri modo adhibeatur. interim fit eschara quae molliri ita non potest sed duci debet ad suppurationem, id fit cum lacte caprino & ~~oleo Rosaceo~~ melle, sed videndum ne mel mordicet. Eschara remota abstersoriis & siccatoriis nec tamen acribus curetur ibi nullo pacto oleum aut pinguedinis addenda, nec tamen mox & cum impetu sanandum locus ulcerosus. potest curari emplastro hoc ℞ Mellis partes ij in teneriori corpore potest addi Libani parum & minus mellis Terebinthinae & colophonii ana partem j, coquatur in modum emplastri.

Ulcerati cancri

Curantur cura blanditiva, cum aqua attractilis vel cardui benedicti, cum aqua ~~cardui benedicti~~ florum ireos, Veronicae, Hydropiperis Plantag. Scabiosae. In non ulcerato cancro folia fraxini in aqua cocta trita & in modum cataplasmatis imposita, vel emplast. ex rad. Symphiti & micis panis.

Ulcera quaedam difficulter curantur Gal. aph. 45 lib.

1 Vel propter malignam materiam ulcus influentem haec non sinit ulcera consolidari, hic primum evacuandum universum corpus, deinde localia adhibenda

2 Ob malam intemperiem alicuius membri, & sunt ulcera valde dolorosa, quandoque illis adponantur med. dolo

3 Aliqua ulcera ob nimiam putredinem sanantur difficulter.

Phagedenica ulcera triplicia.

Si ex adusta cholera extenduntur in latitudinem ut à summo pedis usque ad plantam dicuntur Serpentia ulcera

Si ex adusta Melancholia extenduntur in profunditatem.

Si ex utrisque in latit. & profunditatem extenduntur.

Quaedam ulcera ita sunt maligna ut etiam ossa corrumpant & sic Hip. teste os abscidere est necessarium, si totum os corruptum, si vero pars aliqua ossis corrupta, tunc corrupta pars desquamanda est, & quidam in modica ossis corrupte desquamatione utuntur unco Euphorbio ita imposito ne carnem attingat, & ut commodius fieri possit, sevum & terebintina liquescant, & inungatur caro ne laedatur ab Euphorbio. Sed melius credo ut fiat instrumentum quo radatur pars laesa donec perveniamus ad vivum os, postea fit escara, quae cito promovetur cum unguento Aegyptiaco imposito filis panno lineo extractis, non facit dolorem in osse si decidit squama addendus pulvis siccus incarnativus sicut ex calce ovorum optimus fit, alii utuntur pulveris thuris & Mastiches sed hic multo praestantior. tandem in 14 diebus subducitur caro ossi: postea ulcus ad cicatricem perducendumque cum emplastro de Minio apud Vigonem.



Ad cava ulcera assunt ex Gal. ʒ Thur. Mir.

Cera, Eruge, Thus, Iris, Aristol. farina Ervi, radix Panacis.

Aedema. Li. 2 ad Glauconem.

In oedemate pituitoso quae in partem assluxit oxycratum idest acetum & aqua ex spongiis admotum iuvat.

Num in Phlegmone calida med. applicanda

Possunt cal. applicari quae resolvunt maturant et si frigida applicentur tunc repercutiunt sed si corpus est plenum cal. non applicanda quia plus attraherent, nisi prius evacuetur corpus. tandem applicanda calefacta.

Phlegmon.

Adeps anseris & cervi medulla ex rosaceo, phlegmone medetur & dolorem mitigat.

Ad supercrescentes ulcerum carnes.

Aloe & squama aeris supercrescentes ulcerum carnes astringunt, & humores in his natos sedule siccant ipsa autem per os corpus totum purgant quia nihil est quod sumpta & admotum vires habeat easdem.

In ulceribus

Mordatia uitamus & exasperātia in phlegmonis afferētia dolo

In ulceribus Gulæ

Medicam. delegit Gal. non modo ulceri curando idonea sed quæ nullam uisceribus propinquis uel deglutitioni [illegible] tis noxam inferant.

Phlegmonę incipienti

Si moderata est sufficiunt repellentia mediocria quales sunt omnia frig. si uero uiolentior sit affluxus ualentioribus repellendum austeris scil. aqu. interdum etiam acerbis. In augmento astringentibus digerens aliquid miscendum in statu digerentium uis intendenda, in declin. his prorsus solis utendum nisi prope partem principem sit & in collo alis inguinibus aut materia sit pestilis aut ualde impacta. in omni n. humorum in aliam partem affluxu communis auxiliorum scopus est repellendi & repercutiendi ubi uero nihil amplius influit quod impactum est digerendi.

Gargareonis Phlegmonę

Initio adhibenda quæ materiam affluentem repellat, mediocrem quidem mediocriter astringentia scil. austera ut Rosa flos rosarum. uehementem uero ualentius astringentia scil. acerba ut balaustia malicorium, si uero iam constitit fluxio digerentia misceamus, tandem quousque aliquid influit repellendum ubi constitit coquendum deinde / digerendum.

In phlegmonis oris.

Utimur diamoro nunc cum repellentib. nunc cum coquentib. nunc cum digerentib. Syluij li. 2 de compos. med.

Cauenda in ulceribus.

Ne priusquam toti corpori sit prospectum afflictæ parti med. acre & calidum admoueas id n. trahit more cucurbitulæ ex toto corpore in afflictam partem & ei grauatæ sic affigit ut ægre auelli queat deinde inducit Gangrænam postea Sphacelum. Gal. li. 4 Methodi.

Plura quære folio 125

De lassitudinibus Gal. lib. 3 LASSITUDINUM OMNIA GENERA

Q4 de san. tuenda
Li. 2 de sanit. [illegible]
Mitigativum [illegible]

Lassitudo spontanea tensiva fit ex plethoria etiam bonorum humorum, ibi incidatur vena quia phlebot. est universalis evacuatio omnium membrorum vel scarificentur crura cum appositione ventosarum quam scarificationem Soranus inquit esse praeservativam omnium morborum

In [illegible] [illegible]

Lassitudo inflammationis ex plethoria & Cacochimia & malis humoribus generatur aut ex corrupta Cholera vel phlegmate, habet sanguinem calidiss. & eget phlebo: copiosa, & evacuatione humoris peccantis forti.

Beatificativa

Lassitudo ulcerosa quando quis sentit veluti ulcera & puncturas acuum. fit ex utraque causa plethoria & Cacochimia simul, eget purgatione & phlebotomia, aut brevi obnoxius erit magno aliquo morbo.

Acrib. tenuib.
& calid. humorib.
immoderato motu
Ex latente Cacochymia
Hip. spontaneus

Lassitudo ariditatis ut in senio vel in febre Hectica accidit, illa curatur per Apotherapiam, & inunctiones optimorum oleorum, difficilis est sanationis.

Lassitudinem [illegible]

Cum phlegmonode curam brachiorum spinae oleo infricamus partem curamus ut eius facultate per cutim ad musculos ipsi commissos pervenientes ipsa lassitudinem.

[illegible]

Ulcerosa lassitudo universo corpori ulceris sensum praebet cum movetur, & si mediocris fuerit in cute tantum, si vehementior in solidis partibus, si vehementiss. in ossibus. Fit ab acrib. humoribus tenuibus calidis. + quidam purgat stimulant solidarum carnium. vel ex immoderato exercitio vel Cacochymia simul iuncta.

[illegible]

PVSTVLÆ, SCABIES, MORBILLI, ET LEPRA
PSORA VVLNERA. IMPETIGINES & VITILIGINES

Aliquando ex vulnere vel nervi læsione fit tantus dolor, qui virtutem deijcere posset propterea sedamus dolorem & infundimus oleum rosaceum vel violaceum calide. Aliquando vero per medicinas laxativas & resolventes dolor non potest reduci, sed ita fit vehemens ut patiens non possit tolerare propterea medici invenerunt medicamenta ut inducatur stupor & ex horum numero est papaver album sive Italicum quod stupefacit & dolorem sedat. Dolor autem sæpe excitatur ratione sanguinis tenuis, quando exterminatur. & fit acutus propter choleram, quare dolor fit ratione sanguinis excalefacti iubet Avicenna exhibenda esse legumina cocta quæ incrassant sanguinem.

Vulneribus

Adhibitur vinum propter exiccationem & prohibitionem putrefactionis & generationis vermiculorum.

Vulnera glutinant

Candidum ovi. Gal. autem recenti caseo uvidam in aqua legenti vulnus glutinavit

Mundificat. sanguinis in ~~Chol~~ scabie rubra & D. Ecci-

